
BIBLIOTECA
NAZIONALE
FIRENZE



STATUTI DI PISTOIA

DEL SECOLO XII

REINTEGRATI, RIDOTTI ALLA VERA LORO LEZIONE

ED ILLUSTRATI

dal Prof. FRANCESCO BERLAN

OPERA DEDICATA

ALL' ILLUSTRE PROF. FRANCESCO MAGNI



Fascicolo I.

BOLOGNA

PRESSO GAETANO ROMAGNOLI

1882

STATUTI DI PISTOIA

DEL SECOLO XII

REINTEGRATI, RIDOTTI ALLA VERA LORO LEZIONE

ED ILLUSTRATI

dal Prof. FRANCESCO BERLAN

GIÀ PRESIDE DEL R. LICEO DI PISTOIA





BOLOGNA

PRESSO GAETANO ROMAGNOLI

1882

Bologna — Regia Tipografia.

IL PROFESSORE

FRANCESCO MAGNI

ONORE D' ITALIA

BENEVOLO ACCOLGA L' OMAGGIO

DEL PRESENTE VOLUME

CHE RISUSCITA MEMORIE GLORIOSE

DELLA SUA PATRIA



STATUTORUM PISTORIENSIUM PARS PRIOR

STATUTA PISTORIENSIA

AN. MCVII.

(*Muratori*, § 1. — *Zaccaria*, I. I. — *Codice*, carte 1.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Anno ab eius nativitate (1) millesimo centesimo septimo, Indictione XI., VI. kal. Decembris. Ad honorem Dei et domni Heinrici Romanorum Imperatoris.

I.

(*Iri, iri, iri.*)

Statuimus et censemus, ut Maiores Pistorii Consules habeant in protectione et defensione ecclesiam sancti Zenonis et eius bona, et habeant in protectione et defendant omnes ecclesias, loca venerabilia et eorum bona (2) usque ad IIII. milliaria prope civitatem Pistorii,

---

(1) *Anno ab eius nativitate.* — Così il Codice e le stampe. Forse nel Codice originale: *Anno a Iesu nativitate*; o: *Anno Domini ab eius nativitate.*

(2) Zaccaria: *loca venerabilia eorum bona* — Muratori: *et loca venerabilia, et eorum bona.*

que sunt nostri districtus, salvo iure patronorum (1); et quod inde Consules (2) possint facere quod utile sit nostre civitati.

Intellectus talis est, quod tenear (3) de hoc capitulo, si Episcopus Pistorii et Pistorii Ecclesie (4) Capitulum promiserint (5) Consulibus civitatis Pistorii solepniter, quod ipsi et sui clerici stabunt in iudicio cum laicis, et dederint Consulibus licentiam, et constringant eos et clericos suos ad rationem stare.

II.

(*Manca nel Muratori.* — *Zacc.* I. II. — *Cod.* c. 1.)

Statuimus (6), ut Maiores Pistorii Consules non portent corredum de collo vel de dosso de Communi, nisi communi consilio Consiliatorum omnium vel maioris partis, qui tunc Pistorii fuerint.

III.

(*Murat.* 2. — *Zacc.* I. III. — *Cod.* c. 1.)

Item statuimus, ut Maiores Pistorii Consules non faciant vindictam in avere vel personas ultra viginti

(1) Zacc.: *salvo iure Patronum.* — Murat.: *salvo iure Patronorum.*

(2) Zacc. e Murat.: *et quod Maiores Consules.*

(3) Così il Codice e le stampe; ma poi *teneatur* nella successiva ripetizione di questo capitolo, secondo la lezione dello Zaccaria (vedi pag. 15, cap. 1.)

(4) Murat. e Zacc.: *si Episcopus Pistoriensis, et Pistoriensis Ecclesie* etc.

(5) Zacc.: *promisint.* — Murat.: *promiserint.*

(6) Zacc.: *Item statuimus.*

solidos (1), nisi communi consilio Consiliatorum electorum omnium vel maioris partis, qui tunc Pistorii fuerint, exceptis penis et vindictis in capitulis specialiter expressis. Set si iverint (2) extra civitatem per cavalcatam vel hostem vel ertam (3), possint facere vindictam, secundum quod eis melius videbitur, ad honorem et bonum Pistorii Populi.

IV.

(*Murat.* 3. — *Zacc.* I. IV. — *Cod.* c. 1.)

Item statuimus, ut quicquid dictum est in sacramento Maiorum (4) Pistorii Consulum et omnibus constitutis et assignamentis de penis tollendis et damnis dandis, quod teneantur non reddere nec facere reddere, nec emendare nec facere emendare; et similiter suos proximos successores iurare facient. Et quodcumque (5) dampnum de habere alicui Pist. civi vel burgis (6) vel suburbiorum fecerint propter honorem et bonum (7) Pist. Populi, teneantur non emendare nec emendare facere.

(1) Zacc.: *non faciant vindictam in avere, vel personas . . . . viginti scilicet, nisi* etc. I puntolini in queste note indicano sempre le lacune lasciate dal P. Zaccaria.

(2) Zacc.: *quod si iverint.*

(3) Zacc.: *vel aliter.* Vedi Statuti, Parte II, cap. 3.

(4) Zacc.: *Majores.*

(5) Zacc.: *et quicumque.*

(6) Cod.: *burgis.* — Murat.: *Burgiensi, vel suburbiensi.* — Zacc.: *Burgi, vel suburbiorum.*

(7) Zacc.: *propter honorem . . . . . Pist. Populi.* Nel Codice vedesi l'*et*, ma il *bonum* manca: nel cap. VI vi troveremo: *ad bonum et ad honorem nostre civitatis.*

V.

(*Murat.* 4. — *Zacc.* I. v. — *Cod.* c. 1.)

Et statuimus, ut Maiores Pistorii Consules toto tempore eorum consulatus faciant et facere faciant districtam omnibus manifestis inimicis Pist. Populi, secundum quod melius poterint, ad bonum et ad honorem nostre civitatis et ad malum et detrimentum nostrorum inimicorum, infra duos proximos menses postquam iuratum habuerint (1).

VI.

(*Murat.* 5. — *Zacc.* I. vi. — *Cod.* c. 1 e c. 1 v.°)

Et statuimus, ut taliter iurent illi, qui eligant Electores Consulum (2): Ego eligam quinque homines, quos potiores et idoniores esse cognovero ad honorem Dei et s. Iacopi et s. Zenonis et Populi Pistorii. Ego non sum (3) in aliqua compagnia vel summissione (4) pro aliquo officio civitatis dando vel recipiendo, nec aliquod commandamentum vel ante factum vel post factum, nec aliquod intendimentum est mihi datum aliquo ingenio pro aliquo officio civitatis dando et recipiendo; nec aliquod sacramentum feci neque recepi pro

(1) Zacc.: *pro quantum iuratum habuerint.*

(2) Zacc.: *Et statuimus, ut taliter iurent illi, qui eligant, Electores videlicet.* — Murat: *Item statuimus, ut taliter iurent illi, qui eligant Electores. Ego* etc.

(3) Zacc.: *Ego sum* etc. — Murat.: *Ego non sum* etc.

(4) Zacc.: *et summissione*

aliquo officio civitatis dando vel recipiendo; et eligam tres homines, quos potiores et idoniores esse cognovero ad salvamentum et ad utilitatem Pist. Populi, qui eligant quinque Consules meliores et potiores quos cognoverint ad utilitatem et salvamentum Pist. Populi, non considerato ibi amore nec inimicitia nec ulla humana gratia.

Hoc est sacramentum illorum, qui debent eligere Consules: Ego non sum in aliqua compagnia vel summissione pro aliquo consulatu civitatis Pistorii dando vel recipiendo; neque aliquod intendimentum neque advedimentum est mihi datum, neque commandamentum factum, ut ego essem Elector Consulum; neque aliquod sacramentum feci aut recepi pro aliquo consulatu civitatis Pistorii dando aut recipiendo; et concordabor cum sociis meis, in arringo electis, de quinque hominibus in consulatu eligendis, qui mihi videantur idoniores et potiores ad honorem et utilitatem et salvamentum civitatis Pist. et Pistorii Populi, ita quod amor et odium nec prosint neque obsint; et non eligam de ipsis, qui fuerunt (1) duobus annis retro expletis, in kalendis Ianuarii proximi.

VII.

(*Murat.* 6. — *Zacc.* I. vii. — *Cod.* c. 1 v.°)

Et statuimus, ut si in sacramento Pistorii Consulum vel in constituto aliquod capitulum speciale inveniatur contrarium alieni capitulo speciali, vel aliquod capitu-

---

(1) Z.: *fuerant.* — M.: *fuerunt.*

lum generale inveniatur contrarium (1) alicui capitulo generali, Maiores Pistorii Consules referant Consiliariis electis omnibus, quos tunc sine fraude habere poterint, et quod omnibus Consulibus vel maiori parti eorum et omnibus Consiliariis vel maiori parti eorum, communi consilio accepto per sacramentum, placuerit, teneatur (2). Set si (3) aliquod capitulum speciale sit contrarium alicui capitulo generali, cogantur tenere speciale, et dimittant generale (4).

VIII.

(*Murat.* 7. — *Zacc.* I. VIII. — *Cod.* c. I v.°)

Et statuimus, ut si quis feritam fecerit cum ferro studiose alicui concivi, nisi se defendendo vel in bello alicui bellanti, solidos LX. tollant, et dare ei faciant, qui feritam acceperit.

IX.

(*Murat.* 8. — *Zacc.* I. IX. — *Cod.* c. I v.°)

Item, si quis feritam studiose de ligno alicui concivi dederit, nisi supradicto modo aut in castigando familiam, in XL. solidos eum puniant, et dare ei faciant, qui feritam acceperit. Item, si quis civis alicui

(1) Cod.: *vel aliquod capitulum inveniatur generale, inveniatur contrarium* etc.

(2) Z.: *placuerit, teneantur.*

(3) Z.: *Et si.*

(4) Vedi il cap. 6 della II. Parte degli Statuti.

concivi in vultu de manu percusserit studiose, nisi supradicto modo, in XX. solidos eum puniant, et dare ei faciant, qui feritam accepit, nisi vilior persona digniorem gravi verborum vel facti iniuria lacessiverit. Et si predicte persone non habuerint unde predictam penam persolvere valeant, expellantur de civitate, et in toto consulatu illius anni in civitate nostra nec in burgis nec infra tria milliaria prope civitatem habitare permittant.

X.

(*Murat.* 9. — *Zacc.* I. x. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut si quis inculpatus fuerit fecisse homicidium, et se supra sancta Dei evangelia defenderit ante Consules vel Rectores pro Communi electos, et postea aliquis pro illo interfecto illi in persona et graviter feriendo offenderit, simili modo punitur (1), ut continetur de homicidiis in sacramento Consulum, preterquam de casa destruenda.

XI.

(*Murat.* 10. — *Zacc.* I. xi. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut si aliqua persona pro Communi in officio civitatis fuerit, et pro officio illo ab aliquo sibi studiose et feriendo graviter, nisi se defendendo,

(1) Così il Codice e la stampa dello Zaccaria; il Muratori: *punietur*; se vogliasi cambiare, allora meglio *puniatur*.

in persona facta fuerit (1), ille, qui intulit offensionem (2), puniatur, ut de homicidio, preterquam de turre et casa; et si fuerit offensio in habere, in quadruplum ei restituatur ab eo, qui dapnum dedit.

XII.

(*Murat.* 11. — *Zacc.* I. XII. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut si quis Pistorii civis captus vel depredatus sit (3) ab aliquo vel ab aliquibus personis, Maiores Pistorii Consules pro suo posse, sine fraude, personam et avere recuperare adiuvent.

XIII.

(*Murat.* 12. — *Zacc.* I. XIII. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut nostri Maiores Consules habeant curam et studium quatinus Pist. cives cum eorum bonis secure possint ire et redire.

XIV.

(*Murat.* 13. — *Zacc.* I. XIV. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut si quis de nostris civibus captus vel depredatus fuerit in aliqua terra, nostri Maiores

(1) Così nel Codice e nello Zaccaria; nel Murat.: *in persona offensio facta fuerit*, che, per avventura, non è assolutamente necessario, in vista dell' *offensionem* che viene subito dopo.

(2) Codice: *defensionem*; Z. e M.: *offensionem*, che debb' essere la vera lezione; perocchè in altro capitolo, ove si ripete lo stesso statuto (Vedi Z. II. IX, e in questa edizione cap. n. 9) l'amanuense corregge *defensionem* in *offensionem*.

(3) Zacc.: *fuerit*.

Consules tunc requirant homines illius terre, et post tertiam inquisitionem, si predicta bona depredata readquirere non potuerint, tenseant (1) bona vel homines illius terre in tantundem.

XV.

(*Murat.* 14. — *Zacc.* I. xv. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut nemo capiatur in civitate Pistorii nec in eius burgis sine iussione Maiorum Consulum; et si contra hoc factum fuerit, Consules faciant eum absolvere; et secundum quod a Consiliariis electis consilium habuerint, faciant et observent.

XVI.

(*Murat.* 15. — *Zacc.* I. xvi. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut si in sacramento Pist. Consulum vel in constitutionibus aliquod dubium de ipso scripto fuerit, Maiores Consules habeant consilium cum omnibus Consiliariis electis illius anni, qui tunc Pistorii fuerint, et sine fraude potuerint habere, et secundum quod videbitur omnibus predictis vel maiori parti eorum, super sacramentum intellectum illius scripti dubii fore, taliter sit et permaneat.

XVII.

(*Murat.* 16. — *Zacc.* I. xvii. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut Maiores Consules Pistorii mittant Custodes, et faciant custodire sylvam, que vocatur vulgo

(1) Zacc.: *censeantur bona.* — Murat: *capiantur bona.*

Ursinia, ne incidatur nec comburatur nec aliquatenus deguastetur in consulatu; et sic faciant iurare suos successores, et ipsi similiter suos usque ad terminum XV. annorum, nisi communi consilio Consulum et Consiliatorum omnium vel maioris partis immutatum fuerit.

XVIII.

(*Murat.* 17. — *Zacc.* I. XVIII. — *Cod.* c. 2.)

Et statuimus, ut Maiores Consules non faciant investitionem neque concessionem de bonis civitatis nostre sine communi concordia omnium Consulun vel maioris partis, et omnium Consiliatorum vel maioris partis, habito (1) per sacramentum.

XIX.

(*Murat.* 18. — *Zacc.* I. XIX. — *Cod.* c. 2 v.°)

Et statuimus, ut Maiores Consules infra quindecim dies proximos post sacramentum (2) eorum prestitum mittant bannum sub pena XII. denariorum, ut nullus laborator terrarum a kalendis Novembris usque ad kalendas Aprilis accipiat in die pretium ab aliquo cive Pistorii ultra duos denarios, nisi quando laborat cum

(1) Così anche lo Zacc.; il Murat: *habita*. L'amanuense omise forse la parola *assensu*. Od è una postilla significante che ciò è inserito nel giuramento dei Consoli; se poi si ritenesse l'*habita*, questa bene collegherebbesi colla voce *concordia*, che sta poco sopra.

(2) Zacc.: *per Sacramentum*. Anche nei secondi Statuti, capitolo 5: *et infra duos menses postquam sacramentum prestiterit.*

vanga, preter victualia, vel nisi faciat fossam: tunc accipiat denarios tres; et a kalendis Aprilis usque ad kalendas Novembris denarios IIII, preter victualia. Et si quis laboratori tenuerit suam mercedem ultra dies octo, pro qua laborator sibi petierit, tollant ei denarios XII., nisi per laboratorem steterit; similiter puniatur qui plus dederit, ut supra dicitur.

XX.

(*Murat.* 19. — *Zacc.* I. XX. — *Cod.* c. 2 v.°)

Item, ut nullus asinarius a kalendis Novembris usque ad kalendas Aprilis pro diurna mercede accipiat ultra denarios VI. in die, et a kalendis Aprilis usque ad kalendas Novembris denarios VIII., preter victualia; qui contra hoc dederit vel acceperit, et cognitum fuerit, componat denarios XII.; et hoc idem spectet ad officium Rectoris duplum mercedis puniendi.

XXI.

(*Murat.* 20. — *Zacc.* I. XXI. — *Cod.* c. 2 v.°)

Et statuimus, ut nullus maister (1) lignaminum a kalendis Novembris usque ad kalendas Aprilis ultra denarios V. in die pretio (2) accipiat, et a kalendis Aprilis usque ad kal. Novembris ultra denarios VII., preter victualia.

(1) Zacc.: *Magister; maister*, più vicino all' italiano *maestro*; così anche nel capitolo che segue.

(2) Zacc.: *pro pretio*. — Murat: *pretio*.

XXII.

(*Murat.* 21. — *Zacc.* I. XXII. — *Cod.* c. 2 v.°)

Idem dicimus de maistris petrarum; et iuret Rector Cappellanus observare, et habere curam et studium inveniendi si plus acceperint (1). Hoc faciant bandire Consules super eorum sacramentum.

XXIII.

(*Murat.* 22. — *Zacc.* I. XXIII. — *Cod.* c. 2 t.°)

Et statuimus, ut omnes ferrarii Pistorii iurent de cetero non tenere securitatem, in qua teneantur per sacramentum vendere ferros vel clavos ferrorum ad certum pretium constitutum, aut in qua teneantur non ferrare sine pretio vel ferros aut clavos non credere; et non lucrentur de duodecina ferri nisi denarios XII., et sic de omnibus duodecinis; et ferrarii accipiant III. denarios de ferro caballi et de clavis, et ferrent pro eodem pretio, et non plus, nisi emptor melius ferrum voluerit; et accipiat de ferro asini et clavis suis, si habet (2) ferrum sex clavellarias, hoc idem faciant et accipiant. Item hoc idem faciant et de ferro muli (3); si vero ferrum habuerit IIII. clavellarias, tunc accipiat

(1) Zacc.: *et studium inveniendi. Si plus acceperit, hoc faciant bandire* etc. — Murat.: *et studium inveniendi, si plus acceperint. Et hoc faciant bandire* etc.

(2) Zacc.: *licet habeat.* — Murat.: *si habeat.*

(3) Zacc.: *faciant de ferro muli.*

inde ferrarius denarios II., et ferret pro eodem pretio, et non plus, et de suo ferro et de suis clavis. Si autem ferrarius fecerit ferrum non de suo ferro, tunc accipiat pro factura (1) et ferratura unum denarium et dimidium, et non plus. Et si ferraverit ferrarius caballum seu mulum non de suo ferro et non de suis clavis, tunc debet (2) ferrare duos pedes cavalli pro uno denario; et si non de suo ferro set de suis clavis (3), tunc accipiat unum denarium de pede. et ferrarius non falsaverit ferrum.

XXIV.

(*Murat.* 23. — *Zacc.* I. XXIV. — *Cod.* c. 2 v.°)

Et statuimus, ut omnes macellatores iurent de cetero non tenere securitatem, in qua teneantur per sacramentum; nec aliquis macellator bestiam vel bestias ad libitum suum, etiam contra voluntatem vel interdictum aliorum, possit bestias emere et interficere, vel carnem vendere; et de qua carne interrogatus . . . . (*Cetera desunt.*)

(1) Zacc.: *facettura.* — Murat.: *factura.* — Cod.: *facettura.*
(2) Zacc.: *debeat.* — Zacc.: *pedes caballi.*
(3) Zacc.: *et si de suo ferro, et de suis clavis.*

STATUTORUM PISTORIENSIUM PARS ALTERA



STATUTA PISTORIENSIA

SEC. XII

1.

(*Murat.* § 24. — *Zacc.* II. I. — *Cod.* c. 3.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen.

Statuimus, ut Potestas Pistorii habeat in protectione et defensione ecclesiam sancti Zenonis et eius bona, et habeat in protectione et (1) defensione omnes ecclesias et loca venerabilia et eorum bona usque ad quattuor milliaria prope civitatem Pistorii, que sunt nostri districtus, salvo iure patronorum; et quod inde (2) Potestas possit facere quod utile fuerit nostre civitati.

Intellectus talis est, quod tenear (3) de hoc capitulo, si Episcopus Pistorii vel Capitulum Pist. promiserit solempniter, quod ipsi et sui clerici stabunt in iudicio cum laicis, et dederint Consulibus licentiam vel

(1) Zacc.: *ac*.

(2) Non si può leggere in altro modo. Nello Zaccaria: *et qui modo Potestas* etc.

(3) Zacc.: *teneatur*

Potestati, ut constringant eos et suos clericos (1) cum laicis ad rationem stare.

2.

(*Murat.* 25. — *Zacc.* II. II. — *Cod.* c. 3.)

Et statuimus, ut Potestas Pistorii non portet corredum de collo vel de dosso de Communi, nisi communi consilio omnium Consiliariorum (2) electorum vel maioris partis, qui tunc Pistorii fuerint.

3.

(*Murat.* 26. — *Zacc.* II. III. — *Cod.* c. 3.)

Et statuimus, ut Potestas Pistorii non faciat vindictam in avere vel persona ultra viginti solidos (3), nisi communi consilio Consiliariorum electorum omnium vel maioris partis, qui tunc Pistorii fuerint, exceptis penis et vindictis in capitulis (4) specialiter expressis; set si iverint (5) extra civitatem per cavalcatam vel hostem vel ertam, possint facere vindictam secundum quod eis melius visum fuerit ad honorem et bonum Pist. Populi.

(1) Zacc.: *et Potestati, ut constringant omnes suos Clericos ad rationem stare;* differenza ben notabile. Vedi il Cap. 1. della Parte I.

(2) Zacc.: *Consiliatorum.*

(3) Zacc.: *ultra viginti scilicet, nisi* etc.

(4) Zacc.: *capitulo.* Nel cap III: *exceptis penis et vindictis in capitulis specialiter expressis.*

(5) Zacc: *quod si iverint*

4.

(*Murat.* 27. — *Zacc.* II. IV. — *Cod.* c. 3.)

Et statuimus, ut quicquid dictum est in sacramento Potestatis et omnibus constitutis et assignamentis de penis tollendis et de damnis dandis, quod teneatur non reddere nec emendare, nec facere reddere, nec facere emendare; et similiter suam proximam (1) succedentem Potestatem vel Consules iurare faciant; et quodcumque damnum de avere alicui Pistorii civi vel de Pistorii burgo aut suburbio vel de districtu Pist. propter honorem et utilitatem (2) Pist. Populi teneatur (3) non emendare nec emendare facere.

5.

(*Murat.* 28. — *Zacc.* II. V. — *Cod.* c. 3.)

Et statuimus, ut Potestas toto tempore sui dominii faciat et fieri (4) faciat districtam et devetum (5) omnibus manifestis inimicis Pist. Populi, secundum quod melius poterit, ad bonum et honorem nostre civitatis et ad malum et detrimentum nostrorum inimicorum (6), et infra duos menses proximos postquam sacramentum prestiterit.

---

(1) Zacc.: *suum proximum.*
(2) Zacc.: *propter honorem Pist. Populi.*
(3) Così il Cod. — Murat.: *teneantur*
(4) Zacc.: *facere.*
(5) Zacc: *faciat districtam, et decretum*
(6) Zacc.: *inimicorum infra duos menses.*

6.

(*Murat.* 29. — *Zacc.* II. vi. — *Cod.* c. 3.)

Et statuimus, ut si in sacramento Potestatis vel in constituto aliquod capitulum speciale (1) inveniatur contrarium alicui capitulo speciali, vel aliquod capitulum generale inveniatur contrarium alicui capitulo generali, Potestas referat Consiliariis electis omnibus, quos tunc sine fraude habere potuerit, et quod omnibus Consiliariis vel maiori parti eorum, communi consilio accepto per sacramentum, placuerit, teneatur; set si aliquod capitulum speciale sit contrarium alicui capitulo generali, cogatur tenere speciale et dimittere generale.

7.

(*Murat.* 30. — *Zacc.* II. vii. — *Cod.* c. 3.)

Et statuimus, ut si quis feritam cum ferro fecerit alicui concivi, nisi se defendendo vel in bello alicui bellanti fecerit, Potestas solidos centum ei tollat, et dare ei inde (2) faciat qui feritam acceperit (3), et exinde pacem fieri faciat; et insuper alios centum solidos ei pro Communi tollat, et non reddat nec reddi faciat. Item, si quis studiose feritam de ligno alicui concivi dederit, nisi supradicto modo aut nisi castigando

(1) Zacc.: *scriptum.*

(2) Zacc.: *et dare et faciat.*

(3) Zacc.: *acceperit, etiam pacem* etc. — Murat.: *acceperit, ac etiam pacem* etc.

familiam suam, in LX. solidis . . . . . (1) eum puniat, et dare ei faciat, qui feritam acceperit, ante pacem factam; et insuper tantum etiam ei pro Communi tollat (2), nec reddat nec reddere faciat. Item, si quis civis alicui concivi in vultu de manu studiose percusserit, nisi supradicto modo (3), Potestas in XL. solidis eum puniat (4), et dare ei faciat, qui feritam acceperit, nisi vilior persona digniorem gravi verborum vel facti iniuria lacessiverit. Et si predicte persone non habeant unde predictas penas persolvere valeant, expellantur de civitate, et in toto dominio illius anni in civitate nostra nec in eius burgis nec infra tria milliaria prope civitatem habitare non permittantur (5).

Intellectus talis est, quod si aliquis incontinenti eadem die vindictam fecerit in persona eius, qui prius percusserit (6), non teneatur indi aliquid tollere.

8.

(*Murat.* 31. — *Zacc.* II. VIII. — *Cod.* c. 3 v.°)

Et statuimus, ut si aliquis inculpatus fuerit fecisse homicidium, et se super Dei evangelia defenderit ante

(1) La parola che manca è dal tempo abrasa nel Codice. Lo Zaccaria legge di seguito, e non segna lacuna.

(2) Zacc.: *et insuper alios solidos . . . . . ei pro communi tollat, non reddat, nec reddere faciat.*

(3) Zacc.: *Item si quis civis alicui Concivi . . . . . modo.*

(4) Zacc.: *eum puniat . . . . . Et si vilior persona digniorem gravi verborum, vel facti iniuria lacessiverit, et si predicte persone non habeant* etc. — Murat.: *eum puniat, nisi vilior persona digniorem gravi verborum, vel facti iniuria lacessiverit. Quod si predicte persone non habeant* etc.

(5) Zacc.: *non permittant.*

(6) Zacc.: *qui fuerit percussus.*

Consules (1) vel (2) Rectores vel Potestatem pro Communi electos (3) vel electam, et postea aliquis pro illo interfecto illi in persona et graviter feriendo offenderit, simili modo puniatur, ut continetur de homicidis in sacramento Potestatis (4), preterquam de casa destruenda et turri.

9.

(*Murat.* 32. — *Zacc.* II. IX. — *Cod.* c. 3 v.°)

Et statuimus, ut si aliqua persona (5) pro Cōmmuni in officio civitatis fuerit, et pro illo officio ab aliquo sibi studiose et graviter feriendo in persona offensa (6) facta fuerit, nisi se defendendo, ille, qui intulerit offensionem (7), puniatur ut de homicidio, preterquam de turri et casa (8); et si fuerit offensio in avere, in quadruplum ei restituatur ab eo, qui damnum dedit.

---

(1) Zacc.: *ante Maiores Consules.*

(2) Zacc.: *et Electores.*

(3) Zacc.: *pro communi Civitatis electos, et penam aliquam . . . . . , et postea aliquis pro illo interfecto* etc. Lo Zacc. osserva che il Murat. omise la parola *civitatis*, ma ove si trova essa nel Codice?

(4) Zacc.: *de homicidiis in Sacramento Consulum.*

(5) Zacc., *ut si aliquis, qui pro communi* etc.

(6) Zacc.: *iniuria. Offensa* per *offensio* anche nel cap. 39.

(7) Cod: *illi, qui intulerit defensionem*; ma, sopra la riga, *defensionem* è cambiato in *offensionem.* — Zacc.: *intulit*, in luogo di *intulerit.*

(8) Zacc.: *preter quam quod de Turri, et Casa.* — Murat.: *preter quam de Turri, et Casa.*

10.

(*Murat.* 33. — *Zacc.* II. x. — *Cod.* c. 3 v.°)

Et statuimus, ut si aliquis Pist. civis fuerit captus vel depredatus ab aliquo vel ab aliquibus personis, Potestas (1) pro suo posse sine fraude personam et avere recuperare adiuvet (2).

11.

(*Murat.* 34. — *Zacc.* II. xi. — *Cod.* c. 3 v.°)

Et statuimus, ut Potestas (3) habeat curam et studium quatenus Pistorii cives cum eorum bonis secure possint ire et redire.

12.

(*Murat.* 35. — *Zacc.* II. xii. — *Cod.* c. 3 v.°)

Et statuimus, ut si quis de nostris civibus captus vel depredatus fuerit in aliqua terra, Potestas (4) semel

(1) Zacc. e Murat.: *Maiores Pist. Consules*; ma il Cod: *Potestas*.

(2) Zacc.: *adiuvent*.

(3) Zacc.: *Item statuimus, quod Potestas*.

(4) Zacc.: *Potestas faciat requirere homines illius Terre, et post . . . . . inquisitionem . . . . .* Manca tutto il resto nello Zaccaria sino al capo 17 di questa edizione, che è il XIII. della sua; e il cap. XIII. nello stesso Zaccaria comincia colle parole: *Donata, sive locata* etc.

requirat homines illius terre, et post unam inquisitionem, si predicta bona depredata reacquirere nequiverit, teneat bona vel homines illius terre in tantundem, et teneat usque dum rehabuerit personam et avere, nisi remanserit communi consilio omnium Consiliariorum civitatis Pistorii vel maioris partis, habito per sacramentum, vel nisi remanserit per parabolam illius, cuius preda facta fuerit, vel qui fuerit captus, vel nisi fuerit captus aut predatus pro suo latrocinio vel furto aut falsamento.

13.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 3 v.°)

Item statuimus, ut nemo capiatur in civitate Pist. nec in suis burgis sine iussu Potestatis; et si contra hoc factum fuerit, Potestas faciat eum absolvi, et secundum quod a Consiliariis electis consilium habuerit faciat et observet.

14.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 3 v.°)

Item statuimus, ut si in sacramento vel constitutionibus Potestatis aliquod dubium de ipso scripto fuerit, Potestas habeat consilium cum omnibus Consiliariis illius anni, qui tunc Pistorii fuerint et sine fraude habere poterit, et secundum quod videbitur omnibus predictis vel maiori parti eorum super sacramentum (1)

(1) Una macchia nella pergamena non lascia leggere una parola. Questa medesima disposizione è però nei primi Statuti al

. . . . . illius scripti dubii fore, taliter sit et permaneat.

15.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 3 v.°)

Item statuimus, ut Potestas non faciat investitionem, neque concessionem de bonis civitatis Pistorie sine communi concordia omnium Consiliariorium electorum vel maioris partis; habito per sacramentum.

16.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 3 v.° e c. 12.)

Item statuimus, ut nullus homo in civitate Pistorii nec in suis burgis nec infra unum milliare prope civitatem Pist. deferat spetum latum vel burdonem vel scherinippum vel malum cultellum neque roncilium curtum neque pennatam barkisianam neque manarettam neque clavam ferream vel eneam aut alicuius metalli neque alia malvascia arma, nisi quando civitas equitaverit; et quicumque contra hoc edictum fecerit, si fuerit civis, det pro pena solidos V., et que detulerat amittat (1); si tamen aliquis manifestam inimicitiam

---

n. XVI quasi con tutte le stesse parole. Da quel capitolo XVI si scorge che la parola omessa, se non può essere *intellectum*, è però un' altra simile, di meno lettere.

(1) Nel Codice, d' altro carattere e di tempo posteriore, leggesi sopra la riga: *rumpatur usque ad medium, et reddatur cui est.*

habuerit, possit deferre spetum convenientem ad se tuendum, non tamen post bellum inceptum (1).

17.

(*Murat.* 36. — *Zacc.* II. XIII. — *Cod.* c. 12 v.° e c. 8.)

Statuimus, ut iste (2) sit de cetero laudatus usus nostre civitatis, ut si qua res immobilis (3) . . . . . ecclesie sancti Zenonis ab episcopo vel a prelato vel a canonico sive canonicis vel ab aliquo seu ab aliquibus illorum fuerit vendita vel pignorata vel alio modo alienata sive (4) donata sive locata vel infiteosin data (5)

(1) Seguono nel Codice questi capitoli:

Et statuimus, si qua mulier etc.; che è il 61 di questa nostra edizione.

Quicquid de Calice Braine etc.; che è il 62.

Et statuimus, ut ille qui a duobus annis etc.; che è il 63.

Sacramentum Comerarii publici etc.; che è il 64.

Et statuimus, ut Potestas non mittat etc.; che è il 65.

Et quicumque prelatus etc.; che è il 66.

Et statuimus, ut Potestas faciat iurare etc. che è il 67.

Item statuimus, quod si imbreviatum etc.; che è il 68.

Item statuimus, ut si aliquis poterit probare etc.; che è il 69.

Statuimus, ut Potestas faciat iurare stratam etc.; che è il 70.

Statuimus, ut si quis civis de cetero nostre civitatis etc.; che è il 71.

Statuimus, ut si quis civis de cetero iuraverit etc.; che è il 72.

Item statuimus, ut si quis non potest esse etc.; che è il 73.

(2) Questa parola appena s'indovina nel Codice. Meglio forse: *et iste sit* etc., che *ut iste sit*.

(3) Nel Codice non si legge bene la parola, che pare un *maioris* o un *fuerit*, ripetuto dopo.

(4) Nelle edizioni del Muratori e dello Zaccaria sono lasciate fuori tutte queste parole; ed il capitolo comincia con *Donata, sive locata*. Il Muratori ebbe il buon senso di premettervi dei puntolini. Lo aggiunto da noi, che restituisce e compie il senso, si trova a c. 12 v.° del Codice. Per la continuazione bisogna poi andare a c. 8 del Codice stesso.

(5) Zacc.: *in infiteusim* — Murat.: *in emphiteosim*.

vel in tenimentum vel in libellario nomine (1) data vel in afflctum collocata sine consensu totius Capituli vel maioris partis et consensu Potestatis vel omnium Consulum vel maioris partis (2), ex usu nostre civitatis non teneat; et postquam (3) Potestas vel Consules scierint, infra XL. dies proximos rescindant vel rescindi faciant; et si qua persona sciens fecerit conquestum a iam dicta ecclesia contra aliquid supradictorum, quartam partem pretii amittat, et nostre reipublice applicetur; et si ignoraverit tempore (4) emptionis, pretium non amittat, et conquestum rescindatur, si potuerit se defendere per sacramentum se ignora se. Et Potestas vel Consules non possint dare parabolam sine consilio Consiliariorum omnium vel maioris partis, qui tunc temporis aderint.

18.

(*Murat.* 37. — *Zacc.* II. XIV. — *Cod.* c. 8.)

Item de aliis ecclesiis statuimus, que sunt in civitate Pistoria vel extra civitatem prope quattuor miliaria (5), si aliquis rector ipsius (6) ecclesie alienaverit

(1) Così il Cod. e lo Zacc.; il Murat.; *vel libellario nomine data*

(2) Lo Zaccaria, che pur avea sott'occhio il Codice, lasciò fuori le parole: *et consensu Potestatis vel omnium Consulum vel maioris partis*. Le omise anche il Muratori.

(3) Zacc: *et priusquam*; che è inammissibile: non si corre al rimedio prima di conoscere il male.

(4) Zacc.: *et si pignoraverit tempora.*

(5) Zacc.: *migliaria.* — Murat.: *milliaria.*

(6) Zacc.: *illius.* — Murat: *ipsius.* Pare che nel testo manchi qualche cosa, e che si dovesse leggere originariamente presso

vel pignori obligaverit vel alio modo alicui persone in conquestum dederit sine licentia sui patroni, si habuerit, vel (1) ab aliquo de parrochianis (2), infra XL. dies proximos, ex quo scierint, rescindant et rescindi faciant.

19.

(*Murat.* 38. — *Zacc.* II. xv. — *Cod.* c. 8.)

Idem (3) statuimus de possessionibus ecclesie de Fonte Taonis et s. Barunti (4) et hospitalis Crucis Brandiliane, que sunt infra nostrum districtum.

20.

(*Murat.* 39. — *Zacc.* II. xvi. — *Cod.* c. 8.)

Item statuimus de possessionibus predictarum ecclesiarum, que possessiones sunt infra nostrum districtum, quod si Episcopus vel aliquis prelatus vendiderit vel piguoraverit vel alio modo in conquestum dederit (5), si Episcopus vel alius prelatorum infra XL. dies, postquam requisitus fuerit a Rectoribus civitatis, non

a poco così: *quod si aliquis Rector alicuius ecclesie aliquam rem immobilem ipsius ecclesie alienaverit* etc. . . . . . *Potestas vel Consules rescindant* etc.

(1) Zacc.: *vel de aliquo de Patronariis.*

(2) Cod.: *vel d' ab aliquo de parrochianis.*

(3) Zacc.: *Item.*

(4) Zacc.: *et S. Bartholomei super prata, vel Crucis Arandiliane* etc.

(5) Lo Zacc.: *si in conquestum dederit sylvas, et si Episcopus.* Le parole *sylvas* ed *et*, date anche dal Muratori, non si lasciano vedere nel Codice; inoltre il *sylvas et si* uscirebbe, per mancanza di spazio, dalla riga.

revocaverit (1), non permittam (2) eum uti et frui de bonis predictarum ecclesiarum, secundum meam potentiam (3), nisi supradicta solempnitas fuerit observata, que continetur in superiori capitulo.

21.

(*Murat.* 40. — *Zacc.* II. XVII. — *Cod.* c. 8.)

Item censemus et statuimus, ut nulla puella nostre civitatis, burgorum et suburbiorum post sui patris decessum (4) tradat se nuptui ante duodecimum annum sue etatis expletum (5), nec eius mundualdus hoc agere possit; et si qua persona contra hoc fecerit (6), cassum sit et inutile, et ipsa puella ad mundualdum suum revertatur (7); post duodecimum vero annum sue etatis expletum mundualdus eius possit eam matrimonio collocare et maritare; et si possessio puelle est centum librarum (8), ipse mundualdus sibi retineat de substantia puelle propter mundium centum solidos (9).

(1) Zacc.: *revindicaverit.*

(2) Zacc.: *non permittat.* Si vede che nel Codice fu inserito un passo del giuramento del Potestà, senza badare se si legasse bene colle premesse. — Murat.: *non permittam.*

(3) Zacc.: *et frui de bonis predictarum Ecclesiarum . . . . . , nisi* etc.

(4) Zacc.: *post sue matris decessum.*

(5) Zacc.: *completum.*

(6) Zacc.: *et si qua persona hoc fecerit.*

(7) Zacc.: *redeat.*

(8) Zacc.: *et si possessio puelle est ei libera.*

(9) Zacc.: *de substantia puelle propter Mundualdum . . . . soldos.*

22.

(*Murat.* 41. — *Zacc.* II. XVIII. — *Cod.* c. 8.)

Si autem possessio puelle fuerit vel est (1) maior aut minor centum libris, pro unaquaque libra percipiat mundualdus XII. denarios et non amplius.

Intellectus talis est, quod omnia ista habeant locum, si puella relicta est absque fratre (2); et si mundualdus male tractaverit puellam vel possessionem puelle vel utrumque (3), nichil sibi retineat de possessione puelle.

Si autem puella post duodecimum annum sue etatis expletum se nuptui tradiderit, et ipsum factum mundualdo non placuerit, nisi ipse mundualdus fraudulenter (4) retinet (5) ipsam puellam, retineat (6) de possessione puelle centum librarum ducentos solidos (7).

Si possessio puelle esset maior vel minor contum libris (8), pro unaquaque libra habeat ipse mundualdus II. solidos nec amplius.

Quod autem supradictum mundualdum posse collocare puellam in matrimonio post XII. annum sue etatis expletum, intelligimus, ut hoc possit fieri cum voluntate puelle (9), ipsam puellam bene tractando. Et si

(1) Zacc.: *vel esset.*

(2) Zacc.: *abque patre.*

(3) Zacc.: *vel possessionem puelle, vel . . . . . nihil.*

(4) Zacc.: *fraudolenter.* — Murat.: *fraudulenter.*

(5) Zacc.: *retinuerit.*

(6) Zacc.: *non retineat.*

(7) Zacc.: *centum libras, duc ntos solidos.*

(8) Zacc.: *centum librarum.*

(9) Zacc.: *Quod autem supradictum Mundualdum . . . . . post duodecimum etatis sue annum expletum intelligimus, ut hoc possit fieri cum voluntate Patris, et ipsam puellam* etc. Qui si fa risuscitare il padre della ragazza.

contra hoc constitutum mundualdus aliquid fecerit (1), nihil sibi retineat de possessione puelle.

Quod dictum est superius mundualdum posse retinere de substantia centum librarum centum solidos, et si maior vel minor fuerit possessio puelle centum libris, et cetera, locum habere (2) intelligimus tantum in mundualdo legitimo; mundualdus vero testamentarius vel dativus percipiat tantum de possessione puelle XX. solidos (3), nisi dativus vel testamentarius esset talis persona; que etsi (4) non esset dativus vel testamentarius, de iure esset legitimus.

23.

(*Murat.* 42. — *Zacc.* II. XIX. — *Cod.* c. 8 v.°)

Item statuimus, ut si Episcopus a kalen. Iannarii proximi (5) usque ad proximum festum sancti Iacobi non persolverit constitutum feudum decem librarum Hermanno et Paganello, ut a die s. Iacobi vel alio sequenti (6) die usque ad unum mensem proximum de episcopatu Potestas predictum feudum tollat.

(1) Zacc.: *aliquid egerit.* — Murat: *aliquid fecerit*

(2) Zacc.: *Quod dictum est superius, Mundualdum posse retinere de substantia centum libras, et ducentos solidos, et si maior, vel minor fuerit possessio puelle centum libris, et centum solidos, locum hab re intelligimus* etc.; strano guazzabuglio. Coll' *et cetera* i legislatori intendono richiamarsi al già detto senza ripetersi.

(3) Zacc.: *de possessione* XX. *solidos, et si dativus* etc. — Murat.: *de possessione puelle* XX. *solidos* etc.

(4) Zacc.: *quod si non esset* etc.

(5) Zacc.: *prossimi.* — Murat.: *proximi.*

(6) Cod.: *sequentia*

24.

(*Murat.* 43. — *Zacc.* II. xx. — *Cod.* c. 8 v.°)

Et statuimus, ut si publicus Camarlingus aliquod pignus ex illis, que ad eius manus in suo officio pro civitate pervenerint (1), perdiderit, cogatur ipse Camarlingus predictum pignus restituere, si potest ipsum haberi (2); quod si rehabere non poterit (3), de proprio marsupio predictum pignus emendet, nisi illud pignus altero Camarlingo dedisset cum licentia Consulum vel Potestatis (4).

25.

(*Murat.* 44. — *Zacc.* II. xxi. — *Cod.* c. 8 v.°)

Statuimus, ut Potestas non reddat nec condonet, nec reddi nec condonari faciat pro (5) . . . . . aliquid de datio (6).

---

(1) Zacc.: *in suo officio pervenire potuerint, perdiderit* etc.

(2) Zacc.: *restituere, si habuerit; quod* etc.

(3) Zacc.: *non potuerit.*

(4) Zacc.: *de proprio marsupio predictum pignus emat . . . . . cum licentia Consulum, vel Potestatis.* Come si fa a comperare quel che non si trova?

(5) Zacc. e Murat.: *pro fascibus;* lezione, che non può essere data dai rudimenti di lettere che si scorgono nel Codice, che lascerebbe leggere piuttosto: *pro matricibus*, bestie femmine da razza. Altri può credere di leggervi *mercibus* o *precibus.*

(6) Zacc.: *de datis.* — E così il Muratori.

26.

(*Murat.* 43. — *Zacc.* II. XXII. — *Cod.* c. 8 v.°)

Item statuimus, ut Potestas non accipiat de Communi mendum (1) nec pro armis nec pro equis nec pro aliis rebus suis, nec aliquod assignamentum sibi nec alii faciat absque communi concordia omnium Consiliariorum vel maioris partis vel absque concordia arbitrorum vel arbitri, qui tunc pro Communi in civitate Pistoria fuerint: *habito per sacramentum* (2).

27.

(*Murat.* 46. — *Zacc.* II. XXIII. — *Cod.* c. 8 v.°)

Statuimus, ut Potestas infra XV. dies proximos (3) primo Kalend. Ianuarii faciat destrui omnes balcos olim (4) iussu Consulum designatos et non destructos, aut tunc destructos et nunc refectos, vel nunc in viis publicis noviter factos, et quod in suo dominio illos non permittat refici. *Item faciat de viis civitatis designatis, ut faciat exgomborare* (5).

Item statuimus, ut faciat de bancis fixis circa forum et in viis publicis, *et non permittat iterum figere, et si quis figerit, in V. solidis puniat* (6).

(1) Zacc.: *mandatum*; che non può risultare dall' abbreviatura *mndu* con lineette orizzontali sopra; *mendum* qui è indennità.

(2) Queste parole in corsivo sono d' altro carattere nel Codice; indicano forse che tale disposizione era inserita nel giuramento del Podestà.

(3) Zacc.: *infra* XV. *dies proximos a primo Kal. Januarii.*

(4) Zacc.: *balcos cum iussu.*

(5) o (6) Questi due passi sono d' altro carattere nel Codice; furono omessi dai Muratori e dallo Zaccaria.

28.

(*Murat.* 47. — *Zacc.* II. XXIV. — *Cod.* c. 8 v.°)

Et statuimus, ut si aliquid additum vel deminutum fuerit in sacramento vel constituto Potestatis sine concordia Potestatis, ille, qui addiderit (1) vel deminuit, vel addi aut deminui fecerit, non sit in aliquo tempore vite sue in aliquo civitatis nostre officio, nisi se per suum sacramentum defenderit, quod nec addidit nec deminuit inde (2) nec addi nec diminui fecit (3) in fraudem, ut Potestas nesciret vel Consules; et Potestas de diminuto illo, si unquam memorari poterit, totum teneatur observare; et de addito illo vel inter cartam sacramenti (4) sui vel constituti adposito nihil teneatur observare.

29.

(*Murat.* 48. — *Zacc.* II. XXV. — *Cod.* c. 8 v.° e c. 10.)

Item statuimus, ut Potestas infra XL. dies proximos, ex quo sibi fuerit reclamatum, cogat filios olim Tignosi Burnetti et Sybonum (5) *et omnes alios cives Pist. stare ad rationem et esse ad commandamentum suum* (6); *quod si Potestas facere non po-*

(1) Murat : *addidit.*

(2) Zacc.: *nec deminuerit, nec addi* etc.

(3) Zacc. : *fecerit.*

(4) Zacc.: *et de addito illo . . . . . Sacramenti sui, vel constituti adposito tunc teneatur observare.*

(5) Zacc.: *Tignosi, Burnetti, et Sabarini.*

(6) Zacc.: *et esse ad commandamentum Consulum, et si Potestas* etc.

terit, tollat eis (1) *CC. solidos, et si tollere non poterit* (2), *peioret eum* (3) *in tantundem, et infra* (4) *quinque milliaria prope civitatem in suo dominio non permittat habitare ; et sic faciant iurare suam succedentem Potestatem, et sic semper sine immutatione* (5).

30.

(*Murat.* 49. — *Zacc.* II. XXVI. — *Cod.* c. 9.)

Statuimus, ut res pupillorum pupillarumve olim nunc ante Consules vendite vel alienate (6), aut in afficto vel in tenimento date, vel pignorate, aut que in antea dabuntur aliquo titulo a tutoribus pupillorum

(1) Zacc.: *ei.* — Murat.: *eis.*

(2) Zacc.: *non potuerit.*

(3) Così nel Codice e nelle edizioni.

(4) Zacc.: *et infra quinque dies mittat extra civitatem*

(5) Murat. e Zacc.: *Et sic faciat iurare suos successores*, senz' altro.

La carta numero 9 del Codice contiene in principio le seguenti parole, che sono una continuazione del cap. 83 di questa edizione (88 di quella del Muratori e LXVIII di quella dello Zaccaria): *civitatis aut qui refutaverit se esse Potestatem vel recusaverit, et per sacramentum teneatur se non posse esse consulem vel iudicem aut castaldum, ut non sit anno illo consiliarius civitatis Pistorii, et qui de cetero iuraverit, non sit consiliarius civitatis; set qui refutaverit consulatum possit esse consiliarius.* Segue poi il testo del cap. XXX, che è il XXVI. della edizione dello Zaccaria.

(6) Zacc.: *Statuimus, ut res Pupillorum, Pupillarumve dicti nostri maiores Consules rendere, et alienare* etc. Nel Codice non può leggersi nè *dicti*, nè *nostri*, nè *maiores*, nè *rendere*, nè *alienare*; che del resto non darebbero senso. Le parole interpretate dallo Zaccaria per *dicti nostri maiores* sono così segnate nel Codice: *olī ñ añ.* — *Olim nunc*; dal tempo passato a questa parte?

vel pupillarum aut ab ipsis pupillis cum auctoritate Consulum vel Potestatis, de cetero non retractentur (1), nec ullo modo vel ratione violentur; et sic faciant iurare suos proximos successores Consules vel Potestatem, et sic semper per successionem Consulatus vel Potestatis.

31.

(*Murat.* 50. — *Zacc.* II. XXVII. — *Cod.* c. 9.)

Item statuimus, ut nullus clericus nostre civitatis, ex quo in ecclesia ordinatus fuerit, unde possit habere victum et vestitum competentem alienet vel donet aut vendat aut offerat aut in afflctum vel in tenimentum det partem suam (2) possessionis paterne vel materne (3), vel inde (4) aliquid percipiat, invitis fratribus vel sororibus aut nepotibus vel neptibus (5), nisi propter infirmitatem sue persone vel nisi in scolas studendi causa iverit.

32.

(*Murat.* 51. — *Zacc.* II. XXVIII. — *Cod.* c. 9.)

Item statuimus, ut Potestas dehinc (6) ad proximas Kalendas Febr. faciat colligere et ordinari mensuram

(1) Zacc.: *non retineantur.*

(2) Zacc.: *sue.*

(3) Zacc.: *Item statuimus, ut nullus Clericus nostre civitatis, ex quo in Ecclesia ordinatus fuerit, non possit habere victum, et vestitum competentem alienare, vel dare, aut reddere, aut offerre, aut in affictum, vel tenimentum de parte sue possessionis paterne* etc.

(4) Zacc.: *et inde aliquid non percipiat.*

(5) Zacc.: *aut Nepotibus, vel Nepotibus.* — Murat.: *aut nepotibus vel neptibus.*

(6) Zacc.: *de cetero.*

et pillam blave ad ruglum talem quidem qui non sit maior (1) nec minor illius mensure vel pille, que nunc est, et quod ab hac die in antea Potestas non permittat illas nec minui nec adcresci (2) aliquo modo (3).

33.

(*Murat.* 52. — *Zacc.* II. XXIX. — *Cod.* c. 9.)

Statuimus, ut Potestas vel Consules de cetero non imponant datium in civitate nec in districtu Pist. nec prestantiam nec asbergum nec ronthinum nec equos, et ut non compleant aliquam menam pro civitate, nec incipiant guerram pro Communi, nisi communicato consilio Rectorum omnium artium civitatis Pist. vel maioris partis, nisi esset artis (4) Rector de terra illa ortus, cum qua guerram habemus (5); et si fecerint pacem, faciant convocato consilio omnium Rectorum artium civitatis Pist. vel maioris partis; et quod non eligant nec faciant eligi Potestatem vel Consules in civitate Pistoria, nisi prius inde consilium (6) ab omnibus Rectoribus artium civitatis Pist. vel a maiori parte petierint, qualiter Potestas vel Consules absque ambitione vel apostamento aut semonia (7) eligi possent;

(1) Zacc.: *ad ruglum talem, qui non sit* etc.
(2) Zacc.: *accresci.*
(3) Parte di questo capitolo si vede cassata nel Codice.
(4) Zacc.: *nisi earum artium Rector* etc.
(5) Zacc.: *habuerit*
(6) Zacc.: *nisi prius in consilium ab omnibus* etc.
(7) Zacc: *simonia*

et illud consilium, quod inde eis dederint, Potestas vel Consules teneantur observare (1).

34.

(*Murat.* 53. — *Zacc.* II. xxx. — *Cod.* c. 9.)

Item statuimus, ut Potestas vel Consules adiuvent manutenere omnes qui habent a Communi vel pro pignore aut pro tenuta de rebus filiorum olim Gualandini, usque dum rehabuerint integraliter omnes prestantias, quas mutuaverunt Communi, et omnes res, pro quibus predicte (2) res eis fuerint date a Communi.

35.

(*Murat.* 54. — *Zacc.* II. xxxi. — *Cod.* c. 9.)

Statuimus, ut non imponatur (3) datium in districtu Pist. per annum ultra tres solidos per focum, coequato paupere (4) cum divite et divite cum paupere, nisi propter guerram vel Missum Imperatoris.

36.

(*Murat.* 55. — *Zacc.* II. xxxii. — *Cod.* c. 9.)

Statuimus, ut unusquisque Iudex civitatis Pistorii sedens pro tribunali habeat per annum feudum VIII.

(1) Zacc.: *et illud consilium, quod modo eis dederint Potestas, vel Consules teneantur observare.* Così, per lo Zaccaria, chi dovea comandare, invece obbedisce, e comanda chi dovea obbedire.

(2) Zacc.: *prestantie res.*

(3) Un buco nella pergamena tolse gran parte dell'*imponatur*.

(4) Zacc.: *Statuimus, ut non imponatur datium in districtu Pistori per . . . . . ultra tres solidos per focum, excepto Paupere. . . . . . Paupere, nisi propter guerram* etc. Vedi il cap. 47.

librarum, et unusquisque Advocatorum habeat feudum VIII. librarum per annum; et statuimus, ut Potestas sic faciat iurare suos proximos successores Consules vel Potestatem, et sic semper.

37.

(*Murat.* 56. — *Zacc.* II. xxxiii. — *Cod.* c. 9.)

Statuimus, ut nec Potestas nec Iudices nec Castaldi nec eorum Missi manducent aliquid de Communi in civitate Pistoria nec infra unum milliare prope civitatem Pistorii (1), nisi sit pro tali negotio civitatis, de quo non possint se separare (2) absque incommodo civitatis, et nisi Potestas sit forinseca, que possit comedere de Communi sicut ei fuerit statutum et non aliter.

38.

(*Murat.* 57. — *Zacc.* II. xxxiv. — *Cod.* c. 9 v.°)

Item statuimus, ut Consules vel Potestas (3) non teneantur sindigare aliquem ex preteritis Consulibus vel Iudicibus aut Officialibus, neque Corsum Consulem (4) nec aliquem ex suis sociis vel Officialibus seu Iudicibus, et non teneantur invenire utrum Consules vel Officiales preteriti (5) fuissent electi per ambitionem

(1) Zacc.: *prope civitatem, nisi pro aliquo negotio* etc.

(2) Zacc.: *se expedire.*

(3) Zacc.: *ut Consules, et Potestas*, come se vi fossero nel tempo stesso Consoli e Podestà nel primo ufficio del Comune.

(4) Zacc.: *neque eorum Consulem.* — Zacc.: *nec teneantur ..... invenire.*

(5) Zacc.: *predicti.*

vel per preces aut mandatum alicuius aut per sacramentum vel intellectum: et hoc dicimus et statuimus ideo, ut in civitate nulla inde (1) possit oriri discordia.

39.

(*Murat.* 58. — *Zacc.* II. XXXV. — *Cod.* c. 9 v.°)

Item statuimus, ut nulla persona Pist. civitatis, preter fratrem carnalem vel filium suum et preter nepotem suum ex filio vel ex fratre carnali (2), custodiat se de aliqua offensa vel homicidio, quam vel quod aliquis eius propinquus aut consobrinus alicui fecisset, si modo ante Potestatem vel Consules ad sancta Dei evangelia purgaverit se illi, qui homicidium vel offensam fecerit, nullum adiutorium vel consilium prestitisse (3) inde; et si post purgationem aliquis eum (4), qui se purgaverit, graviter feriendo offenderit, Potestas vel Consules (5) puniat eum ut (6) de homicidio.

40.

(*Murat.* 59. — *Zacc.* II. XXXVI. — *Cod.* c. 9 v.°)

Statuimus, ut Potestas legat vel legi faciat sibi omni mense coram se in communi consilio coram Con-

(1) Zacc.: *in Civitate ulla non possit* etc.

(2) Zacc.: *vel ex fratri carnali.*

(3) Cod.: *prestitisset.* — Zacc.: *prestitisse, et si post purgationem* etc.

(4) Zacc.: *aliquis eorum* etc.

(5) Zacc.: *et Consules.*

(6) Zacc.: *velut.*

siliariis breve ad quod iuraverit, et ut eligat singulis mensibus vel faciat eligi duos ex Consiliariis, quos iurare faciat se esse intentos et sollicitos ad breve, quando legetur; et si invenerit eam in periurio alicuius capituli, de quo teneatur, quod inde eam reprehendant et corrigant, dicendo ut infra XXX. dies proximos recuperet; quod si non fecerit, palam de periurio Potestatem in contione populo patefaciant (1).

41.

(*Murat.* 60. — *Zacc.* II. XXXVII. — *Cod.* c. 9 v.°)

Statuimus, ut Potestas non reddat parabolam alicui foretano, qui iuravit vel iurabit habitare Pistorii (2), ut semper, sicut iuravit, non habitet (3) in civitate Pistoria; et de habiturio nullam parabolam alicui ex foretanis reddat.

42.

(*Murat.* 61. — *Zacc.* II. XXXVIII. — *Cod.* c. 9 v.°)

Item statuimus, ut Potestas faciat emendari et persolvi magistris Pist. omne id, quod ad sancta Dei evangelia corporaliter iuraverunt vel iuraverint (4) se ha-

(1) Zacc.: *palam de periurio Potestatem in concione eum patefaciant.*

(2) Zacc.: *non reddat . . . . . alicui foretano, qui iuratus, ut . . . . . habitare Pistorii, ut semper* etc.

(3) Zacc.: *non habitare in civitate Pist. . . . . . , et de habiturio* etc. Dopo *Pist.* e prima di *et de habiturio* non vi è altra parola nel Codice; perchè indicar lacune?

(4) Zacc.: *corporaliter promiserit, vel iuraverit.*

bere recipere (1) a Communi Pistorii de servitio, quod fecerunt Communi in Cerbaria et in Bargis (2) et in Serravalle, dehinc ad proximas kal. Maias, *nisi Bernardus Potestas tunc persolvisset* (3).

43.

(*Murat.* 62. — *Zacc.* II. XXXIX. — *Cod.* c. 9 v.°)

Item statuimus, ut Potestas non mittat aliquem custodem nec mitti faciat in turri de Serravalle, cuius possessio (4) non valeat in civitate Pistoria ultra CCC. (5) libras, et quod non permittat (6) custodem de turri descendere, set faciat eum iurare se non descendere de turri infra custodiam sibi assignatam et infra tempus sibi destinatum (7); et quod de quattuor in quattuor menses mutet custodem, et faciat semper ostium (8) turris serratum esse, ita quod custos (9) non possit inde exire infra tempus sibi assignatum, nisi propter infirmitatem sue persone; et si propter infirmitatem inde

(1) Zacc.: *se contra recipere.*

(2) Zacc.: *quod fecerit in armis, et in Burgis, et in Seravalle* etc.

(3) Zacc.: Le parole in corsivo furono omesse dal Muratori e dallo Zaccaria; sono d' altro carattere nel Codice.

(4) Zacc.: *nisi eius possessio tunc valeat* etc.

(5) Il terzo centinaio si vede cassato nel Codice.

(6) Zacc.: *et quod non permittat, Pistorienses de Turri discedere.*

(7) Zacc.: *et more tempus sibi destinatum.*

(8) Zacc.: *et faciat sequestrum Turris serratum esse.*

(9) Zacc.: *non possit inde exire infra ipsum, et propter indemnitatem sue persone.*

exiret (1), deinde in anno illo non permittat eum ad turrim adscendere; et quod Potestas non denuntiet custodi quem ibi ponere voluerit.

44.

(*Murat.* 63. — *Zacc.* II. XL. — *Cod.* c. 9 v.°)

Item statuimus, ut Potestas dehinc ad proximas Kalen. Iunii faciat emendari (2) militibus et peditibus Pist. omne id, quod minus habent in consignamento facto eis de equis et armis perditis a guerra Montecatini hucusque, *nisi Bernardus persolvisset* (3).

45.

(*Murat.* 64. — *Zacc.* II. XLI. — *Cod.* c. 9 v.°)

Item statuimus, ut de penis apud curiam nostram rationabiliter iudicetur, ita quod medietas penarum nostre curie applicetur, reliqua cui debetur attribuatur (4).

46.

(*Murat.* 64. — *Zacc.* II. XLI. — *Cod.* c. 9 v.°)

Et statuimus, ut oblatio tota, que fuerit oblata apud altare sancti Atti, perveniat ad operam et ad

---

(1) Zacc : *et si propter infirmitatem inde exiret, deinde in Consilio . . . . . idem, et quod Potestas non determinet custodi qui ibi ponetur . . . . .*

(2) Zacc.: *faciat emendari . . . . . Iudicibus Pist , omne id, quod . . . . . habent in Sacramento facto eis de equis, et armis predictis, vel emendari cogent huc usque.*

(3) Queste parole in corsivo mancano nel Muratori e nello Zaccaria; nel Codice son d' altro carattere.

(4) Zacc.: *ita quod medietas penarum . . . . . reliqua, cui debeatur, attribuatur.*

operarios s. Iacobi, et operarii sic teneantur custodire illam tamquam oblationem sancti Iacobi (1).

47.

(*Murat.* 65. — *Zacc.* II. XLII. — *Cod.* c. 10.)

Statuimus, ut Potestas infra VIII. dies proximos, ex quo iuraverit sacramentum dominii sui, faciat contionem, et in contione eligat duos homines cives Pist. bone fame, quos statim faciat iurare, ut

(1) Zacc.: *Et statuimus, ut oblatio tota . . . . . perveniat ad operam, et ad operarios Sancti Iacobi, et operarii sic teneantur custodire tanquam . . . . . illam, ita quod oblatio non sit tota apud Potestatem, et sic semper sine immutatione.*

Murat: *Et statuimus, ut oblatio tota . . . . . puniatur ad operam, et ad opus, si quid . . . . . sic et . . . . . defraudare illam, ita quod oblatio non sit tota apud Potestatem, et sic semper sine immutatione.* Non sappiamo come quelli che fecero le copie pel Benvoglienti e per lo Zaccaria potessero dar queste lezioni. Il Codice si arresta alla parola *Iacobi,* con cui finisce a mezza riga la carta 9 tergo; nella faccia seguente non vi sono in principio di riga che le parole *Potestatem, et sic semper sine immutatione,* ma sono d' altro carattere, e non possono appartenere allo statuto n. 46, ma sì ad altra disposizione statutaria, essendo state le carte del Codice unite insieme disordinatamente. Congiungendo insieme ciò che dovea stare distinto si fece dunque interpolazione maligna e goffa nel tempo stesso; perocchè, se lo Statuto ordina che tutte quelle offerte sieno date all' opera di santo Jacopo, come puossi poi soggiungere: *ut oblatio non sit tota apud Potestatem?* Che parte gliene sarebbe rimasta? Le parole *Potestatem, et sic semper sine immutatione* si trovano in principio della carta 10; ma la carta 10, per il disordine con cui furono messi insième i fogli del Codice, fa sèguito alla carta 8 ed al capitolo 29. Vedi il cap. 29 in fine. Le parole poi *ita quod oblatio non sit tota apud Potestatem* sono state create di pianta da chi copiò il Codice pel Benvoglienti, e vennero accettate a chiusi occhi dallo Zaccaria.

continuo in contione eligant quinque bonos homines (1) *meliores, quos Deus* (2) *eis dederit cognoscere, ad utilitatem civitatis Pist. et salvamentum; et illos quinque homines protinus in eadem contione coram Populo faciat iurare, quod deinde ad XXX. dies proximos extimabunt et mensurabunt terrenum totum infra fossas novas civitatis Pist. et circa fossam de Braina undique circa civitatem, et quod infra eumdem terminum illud terrenum mensuratum et divisum incidant et partiantur* (3) *inter cives Pist. et foretanos Pist., qui sunt soliti dare datium civitati Pist. et operam ad muros vel ad fossas, et inter ecclesias et hospitales de districtu Pist. et inter castella* (4) *et villas et portas civitatis et per cappellas suburbanorum* (5); *et imponant eis murum edificandum* (6) *quante latitudinis et altitudinis melius quod cognoverint, salvo communi honore et utilitate civitatis Pist., coequato ita, quod pauperi, ville et cappelle vel castello* (7) *tamquam pauperi, et diviti tamquam diviti imponant* (8), *non considerato odio nec*

(1) Nel Codice, sopra la riga, d'altro carattere: *unum pro unaquaque porta.*

(2) Zacc.: *quod dictus eis dederit cognoscere* etc.

(3) Zacc.: *et pariantur inter* etc. — Murat.: *et partiantur inter* etc.

(4) Zacc.: *et inter Castellum.* Quale castello?

(5) Zacc.: *et per Cappellas Suburbanas . . . . . , et imponant eis* etc. — Murat.: *et per Cappellam suburbanorum* etc.

(6) Zacc.: *aedificandum inter latitudinem, et latitudinem melius* etc. Nel Codice le parole *operam ad muros vel ad fossas — et portas civitatis vel cappellas suburbanorum — quante latitudinis et altitudinis undique circa civitatem* sono sopra le righe.

(7) Zacc.: *vel Castelli.* — Murat.: *vel Castello.*

(8) Zacc.: *imponatur.*

amore nec ulla humana gratia; et ita quod imponent pauperi porte civitatis tamquam pauperi, et diviti tamquam diviti, non considerato amore nec odio nec ulla humana gratia; et quod inter eumdem terminum per scripturam seu imposuerint vel iusserint, coram Consiliariis (1) *maioribus et coram Rectoribus portarum convocatis per campanam* (2) *denuntiabunt; et quod Potestas deinde ad proximas kal. Martii faciat iurare Rectores portarum civitatis et castellorum et villarum, ut infra eumdem terminum imponant per homines et personas* (3) *sue ville et castelli et cappelle cuilibet partem suam melius quod cognoverint* (4), *scilicet diviti tamquam diviti, et pauperi tamquam pauperi, non considerato odio nec amore nec ulla humana gratia; et quod inter eumdem terminum facient iurare unumquemque hominem* (5) *de suo castello et* (6) *de sua villa et cappella, et quod tam in civitate quam de foris, quod deinde ad III. annos partem suam predicti muri suppleat, tertiam quidem partem in presenti anno, quo iuraverit* (7), *et aliam tertiam partem in sequenti anno, et*

---

(1) Zacc.: *per Scripturam coram Consiliariis Consilii maioris* etc.

(2) Zacc.: *per Campanam . . . . . et quod* etc.

(3) Zacc.: *ut infra eundem terminum aperiant . . . . . Ville, et Castello, et Cappelle* etc.

(4) Zacc.: *cognoverint, diviti* etc.

(5) Nel Codice, d'altro carattere: *habentem* XIIII. *annos usque ad* L. . . . . . *annos.*

(6) Zacc.: *et sua Villa, et Cappella, et quod tam in Civitate, quam de foris, et quod infra dictum . . . . . partem suam predicti muri suppleat.*

(7) Zacc.: *in presenti anno, quod incipiant*

reliquam tertiam partem in tertio anno proximo (1); *et quod quilibet Rector imponet sibi ipsi partem suam predicti muri, et cuilibet ex Officialibus* (2) *et Iudicibus et Consulibus et Potestati civitatis, qui fuerint in sua cappella vel castello aut villa, secundum suum podere* (3); *et quod non considerabunt ibi amorem nec odium nec ullam humanam gratiam* (4); *et sic faciat iurare suam proximam succedentem Potestatem, et illa suam, et sic semper per successionem* (5), *donec murus fuerit expletus* (6).

48.

(*Murat.* 66. — *Zacc.* II. XLIII. — *Cod.* c. 10 v.°)

Item statuimus, ut taliter ille Dominus, qui apud Serravallem moraturus est, *iuret* (7): Ego salvabo et defendam castrum Serravallem et eius munitiones ad honorem et salvamentum civitatis Pistorie et Pist. Populi, et non ero in consilio nec in facto neque in assensu, nec per me nec per alium, aliquo ingenio, quod civitas Pistoria perdat castrum Serravallem vel eius munitiones vel aliquam tenutam aut dignitatem, quam

---

(1) Zacc.: *in tertio anno . . . . , et quod* etc.

(2) Zacc.: *de Officialibus.*

(3) Zacc.: *vel in suum podere.* — Murat.: *secundum suum podere.*

(4) Zacc.: *nec ullam humanam gratiam, et quod sic faciant* etc.

(5) Zacc.: *per Successores.*

(6) Tutto questo capitolo è d'altro carattere ed inchiostro nel Codice: ciò non è indicato dallo Zaccaria.

(7) La parola *iuret* fu aggiunta dal Muratori e dallo Zaccaria; non trovasi nel Codice.

civitas Pistoria in Serravalle vel de Serravalle habet vel videtur habere. Et ego non dabo nec reddam nec dari nec reddi faciam nec permittam dari nec reddi castrum Serravallem nec eius turrim neque eius munitiones nec tenutam ullam, quam Pistoria ibi habet vel videtur habere, alicui persone, nisi illa persona prius iuret ad salvamentum et utilitatem et honorem civitatis Pistorie hoc totum sacramentum observare et adimplere in omnibus et per omnia, sicut ego iuravi; et que persona (1) sit electa a communi Populo Pist. Item habebo curam et studium die noctuque faciendi custodiri et squergudatari (2) castrum Serravallem et eius munitiones ad honorem et salvamentum civitatis Pist. per bonam fidem sine fraude. Et ego serrabo vel serrari faciam omnes portas castri Serravallis singulis noctibus per fidelem Nuntium, quem iurare corporaliter ad sancta Dei evangelia faciam omnes illas portas per bonam fidem serrare singulis noctibus; et apud me claves castri et turris tenebo; et portas turris castri Serravallis (3) singulis diebus serrabo vel coram me serrari faciam. Item recolligam vel faciam recolligi omnia afficta et pensiones (4) et redditus molendini, que recolliguntur apud Serravallem pro Communi Pist.; et exigam et tollam penas hominibus de Serravalle

(1) Zacc.: *et quod persona.*

(2) Zacc.: *superguardari*; *squergudatari*, invece, percorrere pattugliando. Sulla *guaita* e sulla *scaraguaita* vedi quanto abbiamo detto a pagg. 145 e 280 del nostro libro: *Le due edizioni milanese e torinese delle Consuetudini di Milano dell' anno 1216.* Venezia, Grimaldo, 1872, in-16.

(3) Zacc.: *et portas Turris, Castrique Serravalle.*

(4) Zacc.: *possessiones.*

impositas et dricturas omnes convenientes, et tribus diebus (1) ante kal. Ianuarii in communi Pist. consilio denunciabo, atque illas omnes in manu et potestate publici Camerarii civitatis Pist. dabo vel dari faciam. Set possim (2) mihi exinde retinere feudum meum, si a Communi non esset mihi solutum. Item quicquid ad me vel ad alium per me pro Communi vel de Communi pervenerit, vel datum fuerit, dabo vel dari faciam in manu et potestate predicti Camerarii civitatis Pist., excepto adporto (3), sine conventione dato, non valente ultra (4) II. solidos. Et tenebo Populum Serravallensem in pace per bonam fidem ad honorem Pist.; et lites, quas homines de Serravalle inter se habent (5) vel habuerint in meo dominio (6), omnes infra XXX. dies finiam vel finiri faciam (7), nisi alio modo finiantur, excepta lite homicidii vel semationis (8) membri; et omnes reclamationes mihi in Serravalle cum pignore factas ab aliqua persona de Serravalle infra XXX. dies proximos continuos finiam vel finiri faciam, secundum

(1) Nel Codice, d'altro inchiostro, si vede scancellato il *tribus diebus ante Kalendas Ianuarii*, e sovrappostovi *singulis Kalendis*. — Zacc.: *et singulis diebus ante Kal. Ianuarii*. — Murat.: *et dricturas omnes convenientes ante Kal. Ianuarii in Communi Pistorii Consilio denuntiabo*. Il *singulis Kalendis* debbe essere stato una modificazione posteriore.

(2) Zacc.: *sed prius . . . . . mihi exinde retinere Feudum* etc.

(3) Zacc.: *ad porto*.

(4) Zacc.: *non valente ulterius*.

(5) Zacc.: *quas homines de Serravalle habent*. — Murat.: *quas homines de Serravalle inter se habent*.

(6) Zacc.: *in meo dominio . . . . . infra* etc.

(7) Forse manca *a Iudicibus*, o simili; par richiamato dal *nisi alio modo*.

(8) Così il Codice, ben chiaramente. Murat. e Zacc.: *secationis*.

quod Deus mihi melius dederit cognoscere, nisi per reclamatorem remanserit, vel nisi consensus partium intervenerit; et ei, qui causam amiserit (1), de eius valente XII. denariorum (2) tollam vel tolli faciam unum denarium pro drictura. Et ego continue per totum annum die noctuque (3) apud Serravallem habitabo, et nullam noctem extra Serravallem faciam, et aliqua nocte extra Serravallem non stabo nec morabor, nisi per manifestum impedimentum mee persone; et non recipiam (4) neque recipi faciam de Communi Pist. ultra feudum XL. librarum (5) mihi constitutum. *Item faciam quod Serravalle per Commune* (6) . . . . .

49.

(*Murat.* 67. — *Zacc.* II. XLIV. — *Cod.* c. 11.)

Statuimus et censemus, ut Potestas faciat (7) compleri murum castri Serravallis undique ex omni cir-

---

(1) Zacc : *et ei, qui causam dedit, de eius valente* etc

(2) Zacc.: *denarios.*

(3) Zacc.: *die, nocteque.* — Murat : *die noctuque.*

(4) Le parole *et non recipiam* nello Zacc. sono in corsivo, come se fossero d' altra mano nel Codice; il che non è.

(5) Zacc.: *ultra feudum* XXXIII. *librarum;* accettando la correzione che fu fatta sopra la riga, ma è posteriore riforma.

(6) Cod.: *Item faciam quod Serravalle per Commune omnes murent et murabunt dehinc ad proximas Kal. Iunias duos pontes super his* (iis) *qui ibi sunt in porta de nevore, et quod faciant altum duobus pontibus cum tribus faciebus murum . . . . . inter dictam portam S. Andree.*

Zacc.: *Item faciam quod Serravalle per Commune*; e manca il resto.

Il periodo è d' altro carattere nel Codice, nè bene vi si rileva l' ordine delle parole.

(7) Nel Codice *faciant*; perchè forse l' amanuense lasciò fuori *vel Consules.*

cuitu et merlari dehinc ad proximas Kal. Iunii; et faciat ibi antea (1) compleri omnes impositas, que imposite fuerint per portam et cappellam, ab illis quibus fuit impositum (2).

50.

(*Murat.* 68. — *Zacc.* II. XLV. — *Cod.* c. 11.)

Statuimus, ut Potestas aut Consules Pistorii tollant vel tolli faciant omnes penas, que continentur in sacramento et constituto eorum de homicidio et de ferita ferri et de ferita facta cum manu aut cum ligno seu cum lapide, et omnes alias penas impositas illis hominibus (3), qui traherent (4) aliquam personam de tenuta, vel qui tollerent sive auferrent fructus de tenuta alicuius, et omnes alias penas, que in sacramento et constituto eorum continentur, sicut ibi continetur, seu damnificent eos, a quibus penas habere nequeunt, tamquam in sacramento et constituto eorum continetur; penas quidem impositas de tenutis vel fructibus ablatis tollant vel tolli faciant infra VIII. dies proximos post reclamationem sibi factam, vel eos infra eumdem terminum damnificent, sicut supra dicitur; reliquas vero penas hominibus pro aliis culpis impositas tollant vel tolli faciant infra VIII. dies proximos postquam scierint (5) vel requisiti fuerint, vel (6) eos, a quibus pe-

(1) Zacc.: *ibi omnia.*
(2) Zacc.: *quibus fuerit impositum.*
(3) Zacc.: *penas impositas, vel hominibus.*
(4) Zacc: *tollerent.*
(5) Zacc.: *si requisierint, vel requisiti fuerint.*
(6) Zacc.: *et eos.*

nam habere non potuerint, damnificent, sicut supra dicitur. Quod si Potestas vel Consules non fecerint, aut si tulerint et reddiderint vel restauraverint, de propria camera et marsupio iniuriam passo infra VIII. dies proximos post reclamationem, vel ex quo scierint, penam attribuant; et Consul vel Consules, qui penam tollere voluerint, aliquo ex suis sociis penam tollere nolente, infra III. dies (1) proximos faciant pulsari ad arringum, et palam populo illum Consulem vel Consules, qui se inde subtraxerint, in arringo patefaciant; et qui se inde subtraxerint, si unus vel plures fuerint, iniuriam passo (2) infra VIII. dies proximos post reclamationem, vel ex quo scierint, penam de suo proprio persolvant.

51.

(*Murat.* 69. — *Zacc.* II. XLVI. — *Cod.* c. 11.)

Statuimus, ut Potestas vel Consules non emendent sibi aliquem equum nec arma, nisi ut arbitri fuerint arbitrati (3); et quod non reservent nec retineant in se sacramentum arbitrorum (4).

52.

(*Murat.* 70. — *Zacc.* II. XLVII. — *Cod.* c. 11.)

Item statuimus, ut ex quo a Iudicibus vel Castaldis fuerit denuntiatum Potestati vel Consulibus quod aliqua

(1) Zacc.: *infra VIII. dies proximos.*

(2) Zacc.: *iniuriam passi.*

(3) Zacc.: *nisi ut arbitratum fuerit.*

(4) Zacc.: *Sacramentum arbitrum.* — Murat.: *Sacramentum arbitrorum.*

persona de civitate Pist. vel burgis suis aut suburbiis non sit coram Iudicibus vel Castaldis ad rationem faciendam, Potestas vel Consules infra tres dies proximos post denuntiationem cogant illam personam iurare commandamentum et commandamenta Iudicum et Castaldorum, nisi sit talis persona, que non possit iurare per votum vel per sacramentum prius factum. Et illa persona, que iurare non poterit, cogatur dare pignus ad voluntatem Iudicum vel Castaldorum et stare ad rationem faciendam coram eis usque ad finem cause.

53.

(*Murat.* 71. — *Zacc.* II. XLVIII. — *Cod.* c. 11.)

Item statuimus, ut nulla Potestas Pist. nullusque (1) ex Consulibus pro . . . . . (2) recipiat vel recipi faciat nec permittat recipi adportum (3) vini, ultra unum coppum vini, nec annonam nec aliam blavam ab aliqua ecclesia nec ab aliquo monasterio nec ab aliquo hospitali nec ab aliquo Rectore sive Consule alicuius castelli seu loci vel ville nec ab aliqua persona alicuius cappelle nec ab aliqua alia persona in suo dominio vel (4) consulatu, nisi esset extra civitatem pro negotio civitatis: tunc enim posset recipere, set non nisi pro victu et expensis necessariis in illo facto, pro quo esset.

(1) Zacc.: *nullus ex Consulibus.*

(2) Buco nella pergamena; forse vi stava *pro proprio facto* o *pro proprio negotio*, o forse, meglio: *pro victu*. Vedi anche il cap. 80.

(3) Zacc.: *Adportum* significa *presente, donativo*; lo Zaccaria, come in altro luogo (cap 48): *ad portum*.

(4) Zacc.: *et*.

54.

(*Murat.* 72. — *Zacc.* II. XLIX. — *Cod.* c. 11 v.°)

Item statuimus, ut Potestas nullam prebeat tenutam absque Iudicibus alicui, nec Iudices unus absque altero, nec Consules, nisi omnes simul, et non nisi in loco, ubi cause solent ventilari aut in antea ventilabuntur, et nisi per scripturam publicam; et hec locum habeant de cetero.

55.

(*Murat.* 73. — *Zacc.* II. L. — *Cod.* c. 11 v.°)

Item statuimus, ut quicumque de civitate Pistoria vel burgis aut suburbiis de cetero iuraverit se aliquem occidere (1), quod ex quo Potestas aut Consules audierint, Potestas (2) aut Consules veritatem inde inveniant, et postea ei centum solidos tollant vel tolli faciant, et non reddant nec reddi faciant, nec restaurent nec restaurari faciant; et si ei tollere nequiverint, in ducentis solidis eum peiorent vel peiorari faciant, si habuerit unde possit peiorari.

56.

(*Murat.* 74. — *Zacc.* II. LI. — *Cod.* c. 11 v.°)

Item statuimus, ut Potestas sive Consules faciant pulsari ad arringum, et faciant contionem ea die,

(1) Zacc.: *se alium occidere.*

(2) Zacc.: *quod ex quo Potestas, aut Consules veritatem inveniant, et postea* etc. — Murat: *quod ex quo Potestas aut Consules audierint, Potestas aut Consules veritatem inveniant, et postea* etc.

qua (1) eis videbitur plenius posse habere (2) Populum, in mense Martii et in mense Madii et in mense Iulii et in mense Septembris.

57.

(*Murat.* 75. — *Zacc.* II. LII. — *Cod.* c. 11 v.°)

Item statuimus, ut si quis civis Pist. vel de burgis aut suburbiis suis de cetero intercesserit vel fideiusserit (3), aut si (4) pacatores se constituerint, seu si de (5) bonis suis pignori obligaverint (6) pro aliqua persona, que (7) non sit de nostro districtu, et ipse inde aliquam predam fecerint (8), quod Potestas aut Consules faciant predicta integraliter restituere, nisi fecerit predam illis (9), pro quibus fideiusserint; et hoc locum habeat in futuris negotiis set non (10) in preteritis.

58.

(*Murat.* 76. — *Zacc.* II. LIII. — *Cod.* c. 11 v.°)

Item statuimus, ut Potestas si quis fuerit in civitate Pistoria, post sue dignitatis exitum palam moretur

(1) Zacc.: *ut eis videbitur* etc.

(2) Zacc.: *plenum posse haberi populum.*

(3) Zacc.: *aut fideiusserit.*

(4) *aut si unus vel plures pacatores* etc.?

(5) Zacc: *seu fide bonis suis* etc.

(6) Il Codice scorrettamente passa dal singolare al plurale e viceversa; lasciammo tale lezione del Codice, che ognuno può correggere da sè.

(7) Zacc.: *obligaverit alicui, qui non sit* etc.

(8) Zacc.: *et ipse in aliquo perditam fecerit.* L'errore del *fecerint* dipende forse dall'essersi omesso un *vel ipsi* dopo l' *ipse.*

(9) Così anche il Muratori. Lo Zaccaria, correggendo arbitrariamente: *nisi fecerint perditam illi, pro quibus* etc., che non ha senso, e poi non è la lezione del Codice.

(10) Zacc.: *et non.*

in civitate vel in eius burgis aut suburbiis per L. dies continuos, et patiatur sindigari (1); et quodcumque preceptum Potestas ei succedens aut Consules vel Sindigi pro suo officio ei fecerint observet et effectui mancipet (2) et ad terminum et terminos, quem vel quos ei exinde dederint.

59.

(*Murat.* 77. — *Zacc.* II. LIV. — *Cod.* c. 11 v.°) (3)

Item statuimus, ut Potestas vel Consules dehinc ad proximas Kal. Februarii faciant iurare Consules de Carmignano eligere VIII. homines (4) de Carmignano, et facere iurare meliores, quos eis Deus dederit cognoscere, ad dandum eis consilium melius, quos (5) Deus eis dederit cognoscere de edificiis petrarum vel lignaminum factis et faciendis in Carmignano destruendis ad utilitatem et honorem et salvamentum civitatis Pist. et Pist. populi et Carmignani et Carmignanensis populi; et quod infra duos dies proximos ex *quo* (6) illud sacramentum de dando meliori consilio iuraverint (7),

(1) Zacc.: *sindigatum.*

(2) Zacc.: *fecerint observari, et effectui mancipari* etc.

(3) Questo statuto si vede cancellato nel Codice.

(4) Zacc.: *de Carmignano . . . . . VIII. homines de Carmignano, et facere iurare meliores, quos eis dederit cognoscere de edificiis petrarum, vel lignaminum factis, et faciendis in Carmignano destruendis.*

(5) Così il Codice; leggi *quod*: i migliori uomini e il miglior consiglio.

(6) Cod.: *ex illud.*

(7) Zacc.: *et quod infra duos dies proximos ex . . . . . illud omnibus de dando meliori consilio iuraverint.*

illud consilium Pist. Potestati vel Consulibus denuntient (1), et consilium, quod inde dederint (2) Potestas vel Consules deinde ad proximas Kal. Iunii executioni mandent.

60.

(*Murat.* 78. — *Zacc.* II. LV. e LVII. — *Cod.* c. 11 v.° e 13.)

Statuimus, ut Potestas vel Consules, antequam eligant aliquos Officiales, eligant in contione duos bonos *homines, quos faciant* (3) iurare statim in contione eligere (4) sine fraude et dolo tres Sindigos (5), meliores, quos *(Deus?)* eis dederit cognoscere, super (6) illo officio, et quos non crediderint esse in aliqua summissione vel compagnia pro aliquo officio dando aut recipiendo; et ut illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic semper per successionem Consulatus vel Potestatis usque ad quinque annos expletos; et insuper faciant illos Consules vel Potestatem (7), quod ipsi faciant iurare Sindigos

(1) Zacc.: *demittet.*

(2) Zacc.: *dederit.* — Murat : *dederint.*

(3) Un buco nella pergamena non lascia legger le parole *homines, quos facient*; lo *statim* è omesso dallo Zaccaria, che lo interpreta malamente per *facient*, supplendo e leggendo così: *quos iurare facient.* — Nel cap. 65: *et ut prius XXIV. Consiliarii eligantur a duobus bonis hominibus, qui iurent* etc.

(4) Zacc.: *in concione eligendos.*

(5) Colla parola *Sindigos* non termina nel Codice questo statuto, ma va fino alla parola *Ianuarii*: con *Sindigos meliores* termina la carta 11; da *meliores* a *Ianuarii* a carte 13. La continuazione da *meliores* a *Ianuarii* è data dallo Zaccaria come capitolo a sè, e porta nella sua edizione il n 57.

(6) Zacc.: *similiter.*

(7) Così nel Codice, nel Muratori e nello Zaccaria.

se ipsos sindigare etiam de omnibus penis, quas non tulerint vel non tulerunt, et illas (1) palam in communi consilio Potestati vel Consulibus representare; quos Sindigos, ut infra dicetur, iurare faciant *octo diebus ante Kal. Ianuarii.*

61.

(*Omesso dal Murat.* — *Zacc.* II. LVI. — *Cod.* c. 12.)

Et statuimus, ut si qua mulier, cuius maritus de cetero obierit, post decessum sui viri de domo eius exire voluerit, existente filio masculini sexus ex eodem matrimonio genito, nichil de meta aut propter nuptias donationem sive morgincaph consequi valeat (2). Idem dicimus, si predictus filius furiosus vel mentecaptus fuerit (3), vel si matrimonium fuerit absque dote, ut possit habere predictam metam (4) vel propter nuptias donationem.

62.

(*Omesso dal Murat.* — *Zacc.* II. LVI. — *Cod.* c. 12.)

Quicquid de Calice Braine a castro de Ripalta usque ad pontem de Canapale adprehensum (5) vel edificatum fuerit a viginti annis retro statuimus, ut Po-

(1) Zacc.: *et illos palam.*

(2) Zacc.: *sive . . . . . consequi valeat.*

(3) Zacc.: *vel interemptus fuerit.*

(4) Zacc.: *ut . . . . . predictam metam, vel propter nuptias donationem* . . . . . Dopo *donationem* nel Codice finisce questo capitolo. Invece nello Zaccaria col *Quicquid* etc. continua. — L'*idem dicimus* chiamerebbe piuttosto *non possit.*

(5) Zacc.: *adprensum.*

testas reducere faciat in pristinum statum. Intellectus talis est, quod ibi aptentur (1) ubi vie destruuntur; et hoc usque ad Madii proximi Kal., omnibus clusis molendinorum salvis (2); et si dubietas inde emerserit (3), per sacramentum idoneorum hominum, qui veritatem de hoc scierint, studeant invenire; et hoc totum sit in potestate Domini et eius Consiliariorum omnium vel maioris partis observandi quod eis utilius placuerit.

63.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc.* — *Cod.* c. 12.)

Item statuimus, ut ille, qui a duobus annis retro fuerit publicus Camarlingus civitatis Pistorie per unum annum, deinde ad proximos X. annos transactos non sit Camarlingus; et qui deinceps fuerit, non sit dehinc ad proximos X. annos transactos.

64.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc.* — *Cod.* c. 12.)

Sacramentum Camerarii publici. Ego ab hac hora in antea usque ad Kalendas Ianuarii proximi totum illud avere vel averi, quod ad me vel ad alium per me pervenerit de Communi vel pro Communi, me

---

(1) Zacc.: *aptetur.*

(2) Zacc.: *usque ad . . . . . ab omnibus clusis molendinorum salvis*

(3) Dopo la parola *emerserit* lo Zaccaria tronca il capitolo, e fa questa noticina: *Cetera vix legi possunt*, e lascia fuori i capitoli che in questa nostra edizione portano i numeri da 63 a 73.

sciente, salvabo et custodiam ad communem honorem et utilitatem Pistorii Populi, et reponam vel reponi faciam in apoteca campanilis Sancti Zenonis; et nichil de Communi expendam nec expendi faciam, nisi ex mandato Potestatis; et totum illud avere vel avera, quod mihi superit, denuntiabo et dabo et dari faciam in communi consilio civitatis Pistorii; similiter singulis *(Kal.?)* vel in alio sequenti die Kalend. rationem faciam in communi consilio de omni avere predicto et de omnibus expensis, quas fecero pro Communi; et nichil de Communi accipiam nec accipi faciam ad damnitatem Communis Pist. civitatis, nisi feudum quattuor librarum et solitum et usitatum; et omne melioramentum et cambium, quod ego habebo vel alius per me de pecunia civitatis vel avere, quod ad me vel ad alium per me pervenerit, ad communem honorem et utilitatem civitatis Pist. servabo, et custodiam bona fide sine fraude; nec ullam pravam monetam studiose mittam in pecunia civitatis nec mitti faciam, si ad me vel ad alium per me pervenerit, ad detrimentum vel damnitatem Pist. Populi; et adiuvabo salvare sacramenta Potestatis, que iam fecit vel in antea fecerit pro Communi: omnia supradicta observabo bona fine sine fraude. Intellectus talis est, ut si aliquid de supradictis per ignorantiam pretermisero, infra VIII. *dies* . . . . . (1) recordatus fuero, recuperabo.

(1) Foro nella pergamena: sottintendi *postquam*.

65.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc.* — *Cod.* c. 12 v.°)

Et statuimus, ut Potestas non mittat nec mitti faciat aliquem in officio civitatis, nisi communi consilio omnium Consiliariorum vel maioris partis; idem statuimus de Nuntiis, et ut prius XXIV. Consiliarii eligantur a duobus bonis hominibus, qui iurent XXIV. Consiliarios et non plures, quos cognoverint meliores, eligere.

66.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc.* — *Cod.* c. 12 v.°)

Et quicumque prelatus habuerit placitum, et contigerit eum iurare sacramentum calumpnie, si quis pro eo iuraverit, super animam ipsius prelati iuret.

67.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc.* — *Cod.* c. 12 v.°)

Et statuimus, ut Potestas faciat iurare Notarios, qui non iuraverunt, ut rogent et scribant rogitum coram testibus, et scribant et compleant eam cartam et dent ei, cuius est, infra XXX. dies postquam rogata fuerit, si petita fuerit, nisi permanserit per parabolam illius, cuius carta fuerit (1).

(1) Questo capitolo vedesi cassato nel Codice.

68.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 12 v.°)

Item statuimus, quod si imbreviatum inveniatur inter adbreviaturas alicuius Iudicis, qui sit vel mortuus sit (1), eius adbreviato fides habeatur quemadmodum carte, si appareat sine vituperatione; et Iudex alius possit facere cartam ad modum ipsius imbreviati iussu Iudicis tunc Pistorii existentis.

69.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 12 v.°)

Item statuimus, ut si aliquis poterit probare per duos testes vel tribus se ivisse continue per fundum alienum (2), et adversarius non poterit probare euntem infra hos XXX. annos viam habuisse aliunde vel debere habere, ex usu nostro possit ire sicut hucusque ivit.

70.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 12 v.°)

Statuimus, ut Potestas faciat curare stratam usque Vincionem pro suo posse, ut homines possint ire et redire et stare secure.

(1) Così nel Codice; tanto che viva quanto che sia morto?
(2) Sopra la riga: *per XXX. annos.*

71.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 12 v.°)

Statuimus, ut si quis civis de cetero nostre civitatis contrafecerit studiose sacramentum Potestatis (1) vel Consulum, Potestas vel Consules tollant ei centum solidos, vel peiorent in tantundem; et si non habuerit unde, expellant eum de civitate, et non permittant eum habitare in civitate vel infra III. milliaria prope civitatem in tempore sui dominii, se sciente; et non reddant nec reddi faciant.

72.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc. — Cod.* c. 12 v.°)

Statuimus, ut si quis civis de cetero iuraverit se non teneri Consulibus vel Potestati ex sacramento (2), Potestas vel Consules auferant ei LX. (3) solidos, vel peiorent eum in tantumdem, nec ei reddant nec reddi faciant; et si non habuerit unde possint ei tollere XL. (4) solidos vel peiorare in tantumdem, expellant eum de civitate, et in civitate vel infra tria milliaria

(1) Cod.: *Statuimus, ut si quis civis de cetero nostre civitatis fecerit studiose sacramentum potestatis* etc., ma sopra la sillaba *po* si legge *contra sacramentum*. E allora per qualunque contravvenzione la grave pena di cento soldi? Il *contra* dev' essere parte del *fecerit*. Veggansi i capitoli 28 e 167.

(2) *non teneri ex sacramento* (alicuius compagniae), o *ex sacramento auferant?*

(3) Così nel Codice.

(4) Così nel Codice; questa volta si accontentavano di 40 soldi, se pur non è errore dell' amanuense.

prope civitatem eum in toto suo dominio vel consulatu, se scientibus, habitare non permittant.

73.

(*Omesso dal Murat. e dallo Zacc.* — *Cod.* c. 12 v.°)

Item statuimus, ut si quis non potest esse ad commandamentum Potestatis vel Consulum per sacramentum retro factum, et sacramentalem pro se non dederit, infra VIII. dies proximos post inquisitionem pignus (1) . . . . . ei tollant, et toto tempore eorum dominii non reddant nec reddi faciant; et . . . . . (2) pro pignore imposuerint tollant, vel pignus retineant et non reddant; set hoc sit in ar . . . . . (3) *Consulum vel* Potestatis (4).

74.

(*Murat.* 79. — *Zacc.* II. LVIII. (5) — *Cod.* c. 13.)

Statuimus, ut si affictarii distulerint dare affictum in aliquo anno usque ad Kal. Martii, et domini, quibus afficta redduntur, inde apud Consules vel Iudices aut Castaldos vel Potestatem aut Rectores querimoniam

(1) Buco nella pergamena.

(2) Buco nella pergamena. Forse: *et quicquid pro pignore imposuerint.*

(3) Nel Codice la sola sillaba *ar*, perchè il resto della parola e di *Consulum vel* stava nella parte che ora manca della carta; forse: *in arbitrio.* Dal *set* in poi pare modificazione posteriore.

(4) Nel Codice ora segue il principio del capo che in questa edizione porta il n. 17, in quella del Muratori il n. 36 ed in quella dello Zaccaria il XIII.

(5) Per il capitolo LVII. dell' edizione dello Zaccaria vedi il n. 60 di questa stampa.

exposuerint, (1) infra XXX. dies proximos afflctum totum dominis, quibus afflctum reddebatur (2), Consules aut Potestas vel Iudices aut Castaldi afflctariis (3) dare precipiant, si afflctarios ante se habere potuerint; quod si afflctarii, ex quo requisiti fuerint tribus citatoriis edictis vel uno peremptorio a Potestate vel Consulibus aut Iudicibus seu Castaldis vel ab aliquo eorum certo Nuntio, et ante tribunal Potestatis vel Consulum aut Iudicum vel ante Castaldos venire contempserint, dominus, cui afflctum reddebatur (4), possit ingredi in possessionem rei, de qua afflctum reddebatur, cum auctoritate Consulum vel Potestatis vel Iudicum aut Castaldorum; et Potestas vel Consules aut Iudices vel Castaldi auctorizentur ei per Nuntium suum; et res, de qua afflctum reddebatur, ad afflctarium non revertatur deinde; et deinde ad unum mensem proximum (5) afflctum detentum domino, cui afflctum reddebatur, faciant reddi. Quod si afflctarius abseus fuerit, ita quod non possit esse ante Consules vel Potestatem infra predictum terminum, et familie eius fuerit denuntiatum, postea dominus, cui afflctum reddebatur, valeat ingredi in possessionem rei, de qua afflctum redditur, cum simili auctoritate Potestatis vel Consulum aut Iudicum vel Castaldorum, ad instar rei mobilis; ita quod si af-

(1) Nel Codice e nelle altre edizioni: *et infra*; l'*et* è un cattivo regalo dell' amanuense.

(2) Zacc.: *reddetur.*

(3) *afficlarios* sarebbe stato più chiaro, per la vicinanza di *dare*.

(4) Zacc.: *reddetur.*

(5) Zacc.: *non revertatur; deinde et ad unum mensem proximum.*

fictarius intra annum proximum reversus fuerit, et se ad sancta Dei evangelia purgaverit se non per contumaciam cessasse, et afflctum detentum domino prius solverit (1), et penam VI. denariorum, quolibet mense de unaquaque libra, prius dederit, res de qua afflctum reddebatur absque gravitate ad afflctarium integraliter revertatur; et *si* (2) intra XXX. dies proximos preceptum (3) afflctum non solverit, dominus, cui afflctum reddebatur, possit cum simili auctoritate intrare in possessionem rei, de qua afflctum reddebatur, et res ad afflctarium exinde (4) non revertatur. Set sit in potestate dominorum, quibus afflctum reddebatur (5), an velint sibi predictum constitutum observari, an velint recipere penam sibi de afflcto solvendo promissam atque penam de terra non dimittenda promissam (6); set, soluto afflcto, medietas meliorationis rei, de qua afflctum redditur, a domino ad afflctarium revertatur.

75.

(*Murat.* 80. — *Zacc.* II. LIX. — *Cod.* c. 13.)

Item statuimus ut Potestas vel Consules dehinc ad proximas Kal. Februarias faciant iurare omnes homines, qui eis videbuntur convenientes et omnes vassallas

(1) Zacc.: *solvat*

(2) Cod : *et intra.* — Murat : *et si intra* — Zacc.: *et intra.*

(3) Murat.: *prescriptum.*

(4) Zacc.: *de cetero non revertatur.*

(5) Con *reddebatur* nello Zaccaria finisce il periodo; non così nel Codice.

(6) Zacc.: *de terra non dimittenda promiserint.*

et vassallos (1) hominum Pist., et homines omnes, et feminas convenientes, a XIV. anno in antea, de Pist. districtu, se non facere furtum nec taliam nec incendium nec vastum nec furtum aliquarum rerum nec de fructibus nec de oleribus nec de uvis nec de ficubus nec de castaneis nec de lignis nec de caulibus nec de porris nec de aliqua re; et si viderent aliquam personam facere (2), citius quam poterint (3) illi, cuius res fuerint, vel Nuntio civitatis patefaciant.

76.

(*Murat.* 81. — *Zacc.* II. LX. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut si qua persona de civitate Pistoria (4) vel de suis burgis aut suburbiis fuerit capta vel depredata ab aliqua persona, que non sit de civitate Pistoria, quod Potestas vel Consules adiuvent personam et avere atque res per bonam fidem recuperare; nisi sit capta vel depredata pro suo furto vel falsamento aut latrocinio.

77.

(*Murat.* 82. — *Zacc.* II. LXI. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut Potestas vel Consules non permittant aliquam doanam (5) fieri in civitate Pistorii nec in suis burgis.

---

(1) Zacc.: *et omnes Vassallos, et Vassallas*; più cavallerescamente il copista del Codice.

(2) Zacc.: *et si videbitur aliqua persona facere.* — Murat.: *facere furtum, illi, cui res* etc.

(3) Il Cod.: *potero.* Lo Zacc., correggendo, *potuerunt.*

(4) Zacc.: *de civitate infrascripta.* — Murat.: *de civitate Pistoria.*

(5) Zacc.: *non permittant aliquam decimam fieri* etc.

78.

(*Murat.* 83. — *Zacc.* II. LXII. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut Potestas vel Consules faciant fieri unum rubum per unamquamque cappellam civitatis Pistorii, ad quem blava, que datur ad molendinum, ponderetur (1); ita quod ad rubum detur (2) et ad rubum recipiatur (3).

79.

(*Murat.* 84. — *Zacc.* II. LXIII. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut Potestas vel Consules dehinc ad proximas Kal. Martias faciant iurare omnes homines de civitate Pistoria et de suo districtu, quem districtum civitas Pistorii datiat (4), quod non portabunt blavam nec portari facient nec, se sciente, portari permittent, et quod non vendent nec vendi facient nec vendi permittent alicui persone, que sit de aliqua terra vel de suo districtu, que habeat manifestam guerram cum civitate Pistoria; et quod observabunt devetum, quod Consules vel Potestas miserint, eo modo quo devetum miserint; et quod non vendent blavam nec vendi facient nec vendi, se sciente, permittent alicui persone, que non sit de civitate Pistoria vel de suo districtu,

(1) Zacc.: *portetur ita* etc.
(2) Zacc.: *ad rubium detur, et ad rubium* etc.
(3) Questo capitolo si vede cancellato nel Codice.
(4) Zacc.: *dafiat*. — Murat.: *datiat*.

et ut in qualibet terra de districtu Pist. mittant duos procuratores, quos iurare faciant se habere curam et studium die noctuque inveniendi omnes personas, que de blava (1) aliquid contra predicta fecerint; et si quam personam invenerint contra facere, quod blavam ei tollant nec reddant nec reddi faciant nec restaurent nec restaurari faciant. *Set possit hoc decretum mutari et relinqui cum communi consilio* (2) *civitatis.*

80.

(*Murat.* 85. — *Zacc.* II. LXIV. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut Potestas vel Consules faciant fieri rationem a Camarlingo de omnibus rebus sibi pro Communi datis et omnibus expensis factis ante Kal. Ianuarii per III. dies; et statuimus, ut Camarlingus non prebeat victum neque panem neque vinum nec aliud pro victu, quando civitas equitaverit, alicui (3), nisi Potestati et sue familie; et quod nichil alicui Pist. civi de Communi pro victu attribuat, nisi forte cum Potestate pro facto civitatis vel sine Potestate pro negotio civitatis esset.

81.

(*Murat.* 86. — *Zacc.* II. LXV. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut Potestas non eligat aliquem latronem vel falsarium, nec eligi faciat, si (4) sciverit vel crediderit, in aliquo officio civitatis.

---

(1) Nel Codice, sopra la riga: *de castaneis aut ferro (farro?).*

(2) Zacc.: *sed possit hoc decretum mutari, et relinqui cum communi consilio.*

(3) Zacc.: *nec aliud pro victu . . . . . alicui.*

(4) Zacc.: *per quantum noverit in aliquo officio Civitatis.*

82.

(*Murat.* 87. — *Zacc.* II. LXVI. — *Cod.* c. 13 v.°)

Item statuimus, ut Potestas faciat dare operas et obsequia civitatis ab omnibus Officialibus civitatis Pist. et a Rectoribus Cappellarum, sicut (1) alii homines civitatis Pist. dederint, et similiter a Consiliariis.

83.

(*Murat.* 88. — *Zacc.* II. LXVII. — *Cod.* c. 13 v.° e c. 9.)

Item statuimus, ut de cetero qui refutaverit consulatum, vel recusaverit se (2) esse iudicem pro civitate vel Castaldum aut Advocatum vel Camarlingum, ut anno illo non sit Consiliarius civitatis; aut qui refutaverit se esse Potestatem vel recusaverit, et per sacramentum teneatur se non posse esse Consulem vel Iudicem aut Castaldum, ut non sit anno illo Consiliarius civitatis Pist.; et qui de cetero iuraverit, non sit Consiliarius civitatis; *set qui refutaverit* (3) *Consulatum, possit esse Consiliarius.*

84.

(*Murat.* 89. — *Zacc.* II. LXVIII. — *Cod.* c. 4.)

(4) Ego non sum in aliqua compagnia vel submissione aliquo ingenio, civitatis Pist. (5) consulatu vel

(1) Zacc.: *sicut alii homines Civitatis Pist. . . . . . debitum, et . . . . . solvant.*

(2) Zacc.: *qui recusaverit Consulatum, et recusaverit esse Iudicem pro Civitate, et Castaldum Advocatum, et Camarlingum.*

(3) Zacc.: *et qui refutaverit* etc.

(4) Nello Zaccaria questo capitolo è preceduto da puntolini; il Codice, invece, non lascia supporre lacuna.

(5) Sottintendi *pro*, come si legge in altri capitoli di questi Statuti.

officio aliquo dando vel recipiendo. Et ab hac die in antea usque ad Kal. Ianuarii proximi et exinde usque ad ultimum diem mensis Decembris proximi venturi per totum diem (1), dicam et faciam et tractabo communes honores et utilitates Populi civitatis Pist. eiusque burgorum (2) et suburbiorum maiorum et minorum secundum quod melius cognovero (3).

85.

(*Murat.* 89. — *Zacc.* II. LXVIII. — *Cod.* c. 4.)

Ecclesiis et hospitalibus nostris rationem et laudatos usus nostre civitatis observabo (4), si Rectores ecclesiarum et hospitalium per me in iudicio extiterint et mihi reclamaverint.

86.

(*Murat.* 90. — *Zacc.* II. LXIX. — *Cod.* c. 4.)

Et in toto tempore mei dominii habebo in protectione (5) et defensione ecclesiam beati Zenonis et eius possessiones et bona, et loca omnia venerabilia et ecclesias et eorum bona, que sunt in civitate Pistoria (6)

---

(1) Zacc.: *per totam diem.*

(2) Zacc.: *burgiorum.*

(3) Zacc.: *secundum quod melius cognovero . . . . . Ecclesiis et Hospitalibus* etc. Nel Codice con *cognovero* finisce il capitolo, senz' altro.

(4) Zacc.: *observabo. Si Rectores Ecclesiarum, et Hospitalium per me in iudicio extiterint, et nisi proclamaverint*

(5) Zacc.: *in protectionem, et defensionem.*

(6) Zacc.: *in civitate ista*

vel burgis aut suburbiis (1) aut infra quattuor milliaria prope civitatem Pist.; hoc idem faciam de ecclesia Sancti Salvatoris de Fonte Taonis et Prati Episcopi et Crucis Brandiliane et sancti Barunti.

87.

(*Murat.* 91. — *Zacc.* II. LXX. — *Cod.* c. 4.)

(2) Si aliquis prelatus ecclesie sancti Zenonis vel canonice sancti Zenonis (3) vel prelatus alicuius ecclesie, que ecclesie sunt (4) in civitate Pistoria vel intra quattuor milliaria prope civitatem Pist., vendiderit, pignoraverit vel permutaverit aut locaverit aliquam rem immobilem alicuius ecclesie (5) sine assensu sui patroni vel patronorum vel sui populi, rescindi faciam. Intellectus talis est, quod Episcopus non possit facere (6) aliquid de predictis sine voluntate et parabola capituli canonice (7) beati Zenonis et Potestatis Pistorii; et prepositus canonice (8) sancti Zenonis non possit aliquid de predictis facere sine consensu sui capituli et parabola Episcopi et Potestatis Pist. Ceteri prelati civitatis,

(1) Zacc.: *vel suburbiis.*

(2) Vedi il cap. 17 di questa edizione.

(3) Zacc.: *vel canonici S. Zenonis.*

(4) Zacc.: *sint.*

(5) Zacc.: *aliquam terram immobilem alicuius Ecclesie.* — Murat.: *alicui persone immobilem alicuius Ecclesie*; lezione che si volle indovinare, ma non è la vera, data da noi.

(6) Zacc.: *quod ipsi non possint facere* etc.

(7) Zacc: *Canonicorum.*

(8) Zacc.: *et propter Canonicos B. Zenonis, nec possit aliquid* etc.

qui sunt (1) in civitate Pistoria vel infra quattuor milliaria prope civitatem, non possint aliquid de predictis facere absque assensu sui patroni vel patronorum suorum (2), si habuerint, et sine assensu sui populi et sine assensu capituli canonice. Intellectus talis est, quod possit facere cum maiori parte populi; et si quis contra predicta fecerit, et mihi reclamatum fuerit usque ad XL. dies, retro reddi faciam in eo statu, in quo erat contractus; et hoc faciam bannire per preconem civitatis infra XV. dies proximos post Kal. Ianuarii (3).

88.

(*Murat.* 92. — *Zacc.* II. LXXI. — *Cod.* c. 4 e c. 4 v.°)

Viduis et orfanis nostre civitatis et burgorum eius rationem et laudatos usus nostre civitatis observabo, et faciam, si mihi reclamaverint vel de eis mihi reclamatum fuerit.

89.

(*Murat.* 92. — *Zacc.* II. LXXI. — *Cod.* c. 4 v.°)

Omnes reclamationes a personis civitatis Pist. vel burgorum aut suburbiorum et omnium suburbanorum et hominum Pist. districtus in scriptis mihi delatas (4) in maiori ecclesia vel eius cimiterio aut in palatio Epi-

(1) Zacc.: *Ceteri Prelati, si qui sunt* etc.
(2) Zacc.: *vel patronorum suorum . . . . . et sine assensu* etc.
(3) Zacc.: *Ianuarias.* — Murat.: *Ianuarii.*
(4) Zacc.: *mihi delatis*

scopi vel in constituto loco a Consulibus et Consiliariis sine fraude suscipiam vel suscipi faciam, si mihi pignus datum fuerit ad meam voluntatem, et infra XXX. dies proximos continuos iure aut bono usu nostre civitatis vel utroque (1) finiam aut committam Iudicibus causarum, nisi consensus partium intervenerit vel nisi reclamator a reclamatione destiterit.

90.

(*Murat.* 93. — *Zacc.* II. LXXII. — *Cod.* c. 4 v.°)

Lites mihi manifeste, quas homines nostre civitatis et burgorum eius vel suburbiorum inter se habent vel in antea habuerint, infra meum terminum infra quadraginta dies proximos continuos finiam vel finiri faciam, nisi alio modo finiantur vel quietentur; excipio litem homicidii aut semationis (2) membri; et infra octo dies proximos, ex quo ille lites vel reclamationes finite fuerint, pignora pro eis data reddam vel reddi faciam, si mihi requisita fuerint, soluta pena et dricto curie, nisi iusta causa remanserit.

91.

(*Murat.* 94. — *Zacc.* II. LXXIII. — *Cod.* c. 4 v.°)

Omnes illas sententias et laudamenta a retro Consulibus vel Iudicibus vel a me aut Iudicibus meis aut

(1) Zacc.: *vel utcumque finiam*

(2) Così nel Codice, come al cap. 48, pag. 24. Murat. e Zacc.: *secationis*.

amicis vel arbitris olim vel in antea datas vel facta (1) et que a me vel Iudicibus (2) meis aut amicis vel arbitris in antea dato vel facte fuerint, de quibus mihi vel meis Iudicibus reclamatio facta fuerit, in meo dominio firmas et ratas tenebo et teneri, postquam (3) sciero, faciam; et infra octo dies proximos a reclamatione facta invenire atque scire studebo; et infra XXX. dies proximos post cognitionem habitam executioni mandabo et ascribi (4) eas et in actis publicis redigi faciam; *et ab eo, qui laudum vel sententiam non observabit, de omni valente . . . . . tollam unum denarium, et non reddam nec reddi faciam nec restaurabo nec restaurari faciam* (5).

92.

(*Murat.* 95. — *Zacc.* II. LXXIV. — *Cod.* c. 4 v.°)

Et si quis sententias olim datas vel laudamenta facta a retro Consulibus vel Iudicibus aut in antea a me vel Iudicibus meis data vel facta (6) studiose fregerit, et cognitum et indicatum mihi fuerit, XX. solidos

(1) Cod.: *facta*. Forse dovea leggersi: *datas vel factas aut data vel facta*.

(2) Zacc: *vel a Iudicibus*. Vedi il capitolo seguente.

(3) Murat.: *per quantum* — Zacc.: *pro quantum*.

(4) Zacc.: *conscribi*.

(5) Le parole stampate in corsivo sono nel Codice d'altro carattere.

(6) Zacc.: *date vel facte*; e così nel Codice, per evidente errore del copista Nel Murat.: *aut que in antea, vel a Iudicibus meis date vel facte fuerint studiose fregerit*. Forse meglio: *datas vel factas*.

ei tollam, et damnum passo restitui faciam. Sententiam vero nullam feram sine accordamento omnium Iudicum nostre civitatis Pistorii vel unius eorum. Hoc idem faciam et observabo de immissione teneris (1).

93.

(*Murat.* 96. — *Zacc.* II. LXXV. — *Cod.* c. 4 v.°)

Item, si quis finem vel pacem ante Consules vel Potestatem aut Rectores seu vicinos seu amicos seu factam (2) inter se studiose feriendo ruperit, non permittam illum habitare in civitate Pistoria, me sciente, nec in suis burgis (3), in meo dominio, nec infra tria milliaria prope civitatem; et puniam eum sicut infra de homicidio continetur, excepto quam de casa et turri; *set* (4) *tollam ei insuper* XL. *libras* (5); *et si non potero tollere periorabo eum in tantumdem; et si non habuerit unde possim eum peiorare, expellam eum de civitate . . . . . , nec permittam habitare in civitate nec infra tria milliaria prope civitatem.*

94.

(*Murat.* 97. — *Zacc.* II. LXXVI. — *Cod.* c. 5.)

Communem securitatem, quam Populus Pist. et Rectores fecerunt (6), firmam et ratam tenebo et obser-

(1) Zacc.: *de immissione . . . . .*

(2) Zacc. e Cod.: *facta.* — Murat.: *factam.*

(3) Zacc.: *nec in eius burgis.*

(4) Zacc.: *et.*

(5) Qui finisce nello Zaccaria il capitolo, ma nel Codice segue, con altro carattere, quel che fu aggiunto da noi.

(6) Murat. e Zacc.: *fecerint.* — Cod.: *fecēr.*

vabo et observare (1) faciam pro (2) meo posse; et similiter securitatem (3) Senensium et Comitis Guidonis et Lucensium (4) ratam et firmam tenebo (5), hinc quoque observabo, si nobis observaverint; et sic faciam iurare meam proximam succedentem Potestatem vel Consules; et hoc efficiatur usque ad terminum constitutum; et similiter securitatem Comitis Guidonis filii quondam Rodulphi, et hoc usque dum vixerit, donec nobis observaverit.

95.

(*Murat.* 98. — *Zacc.* II. LXXVII. — *Cod.* c. 5.)

Vias publicas restringi, me sciente, non permittam in civitate Pistoria nec in eius burgis nec infra duo milliaria prope civitatem in meo dominio; et homines mittam, quos iurare faciam ut aptent; et fortiam et adiutorium eis inde dabo.

96.

(*Murat.* 99. — *Zacc.* II. LXXVIII. — *Cod.* c. 5.) (6)

Item non permittam in civitate Pistoria aliquam turrim murari nec in suis burgis ultra mensuram tur-

(1) Zacc : *observari*

(2) Cod., erroneamente: *prope.*

(3) Zacc.: *securitatem . . . . . , et Comitis Guidonis*

(4) Zacc.: *Lucentium.* — Cod.: *Lũc.*

(5) Zacc.: *tenebo . . . . . quod observabo, si nobis* etc.

(6) Sopra questo capitolo sta nel Codice, d'altro carattere ed inchiostro, scritto, ma non riportato dal Muratori e dallo Zaccaria: *Et cogam hospitalenses de prato Episcopi aptare viam quam olim cep. aptare, que est ad pelagum bicchi, et interim de muro sint soluti.*

ris filiorum quondam Ildibrandi Vandini et ultra modum determinatum, ut turres desuper equales fiant; et ita faciam iurare eos, qui turres fundabunt in civitate Pistoria vel in suis burgis aut suburbiis in meo dominio.

97.

(*Murat.* 100. — *Zacc.* II. LXXIX. — *Cod.* c. 5.)

Et si casa alicuius civis Pist. burg. et suburb. eius fuerit rupta de aliqua turri in meo dominio, ab eo, qui damnum dederit (1), infra XXX. dies proximos emendari faciam; et si emendare nequiverit, ab eo cuius turris fuerit, emendari faciam, si mihi inde reclamatum fuerit, nisi probrum eius fuerit pretium, cuius casa rupta fuerit (2).

98.

(*Murat.* 101. — *Zacc.* II. LXXX. — *Cod.* c. 5.)

Item, si quis taliaverit casam alicuius civis studiose, ei damnum emendari faciam, et XX. solidos ei

---

(1) Zacc.: *dedit.*

(2) Zacc.: *infra* XXX. *dies proximos emendari faciam si mihi non reclamatum fuerit, nisi prius eius fuerit pretium, cuius Casa rupta fuerit.* — Murat.: *infra triginta dies proximos emendari faciam, et si emendare nequirerit, ab eo, cuius Turris fuerit, emendari faciam, si tamen mihi reclamatum fuerit, nisi prius eius fuerit pretium, cuius casa rupta fuerit.* In queste lezioni è molto difficile trovar senso Le abbreviature del Codice lasciano indovinare *probrum*; il senso non permetterebbe *proprium*

tollam, si mihi reclamatum fuerit, vel ex quo sciero, et non reddam nec reddi faciam.

99.

(*Murat.* 102. — *Zacc.* II. LXXXI. — *Cod.* c. 5.)

Si quis cum aliquo litem habuerit, et ipse vel alius (1), qui cum eo venerit, intraverit domum illius, cum quo litem habuerit, et damnum ei dederit, infra XXX. dies proximos, postquam inquisitus fuero, damnum ei emendari (2) faciam, excepto studioso homicidio.

100.

(*Murat.* 103. — *Zacc.* II. LXXXII. — *Cod.* c. 5.)

Possessiones forensium nec vendi nec pignorari permittam; et si quis emerit vel pignori (3) acceperit in meo dominio vel in proximo retro Consulatu, retroagere faciam secundum quod melius recognovero, salvo communi honore nostre civitatis Pist.

101.

(*Murat.* 104. — *Zacc.* II. LXXXIII. — *Cod.* c. 5.)

Et quicumque nostre civitatis et nostri districtus falsam monetam expenderit vel fecerit studiose, et co-

(1) Zacc. : *vel aliquis cum eo venerit.*
(2) Zacc. : *emendare.*
(3) Zacc. : *vel pignus*

gnitum mihi fuerit, si habuerit valens (1) XXX. librarum, tollam ei vel tolli faciam C. solidos; et sic secundum predictum modum eum, qui plus habuerit, in plus puniam, et eum qui minus habuerit, in minus; vel in duplum eum periorabo (2); nec reddam nec reddi faciam, nec restaurabo nec restaurari faciam.

102.

(*Murat.* 105. — *Zacc.* II. LXXXIV. — *Cod.* c. 5 v.°)

Si quis nostrorum civium alicui concivi possessiones vel tenere iniuste abstulerit, vel retro in (3) proximo consulatu abstulit, XX. solidos ei tollam, et tenutam et possessionem ei restitui faciam, nec reddam nec reddi faciam; similiter faciam de eo, qui fructus alterius de tenere (4) vel possessione abstulerit, postquam mihi vel Iudicibus causarum finiendarum fuerit inde reclamatum et inde fuerit iudicatum (5); *et habebo ad consilium Consules militie civitatis* (6) *Pistorii.*

---

(1) Zacc.: *valorem.*

(2) Zacc.: *tollam ei, vel tolli faciam, et sic secundum predictum modum eum, qui plus habuerit, in minus, vel in duplum eum periorabo* etc. — Murat.: *tollam ei, vel tolli faciam, et sic secundum predictum modum, eum qui plus habuerit, in plus puniam, et eum, qui minus habuerit, in minus, vel in duplum eum periorabo* etc.

(3) Zacc.: *vel retro proximo.*

(4) Zacc.: *deteneret.*

(5) Zacc.: *postquam mihi, vel Iudicibus Causarum finiendarum fuerit mihi reclamatum, et fuerit iudicatum* etc.

(6) Murat. e Zacc.: *Communis*, che suol essere in altro modo segnato nel Codice, che dà *cs*, e non *cois*.

103.

(*Murat.* 106. — *Zacc.* II. LXXXV. — *Cod.* c. 5 v.°)

Si quis nostrorum civium habet vel habuerit in fortia civitatis Pistorie aliquam possessionem, secundum rationem et bonum usum per me et per Populum (1) Pist. ei retinere iuvabo, salvo communi honore et utilitate nostre civitatis, si inde ab eo requisitus fuero (2).

104.

(*Murat.* 107. — *Zacc.* II. LXXXVI. — *Cod.* c. 5 v.°)

Quicquid de Communi vel pro Communi (3) Pist. ad me vel ad alium per me, me sciente, pervenerit vel datum fuerit in manibus et potestate illius, qui hoc sacramentum in arringo palam fecerit (4) de communibus rebus servandis, dabo vel dari faciam preter adportum sine conventione datum; et non recipiam (5) nec recipi faciam nec tollam nec tolli faciam studiose aliquid de communi avere, nec tolli consentiam (6) ultra feudum mihi constitutum et solitum et usitatum (7)

(1) Così anche lo Zaccaria ed il Muratori; lezione non bene accertata.

(2) Zacc.: *salvo communi honore Patrie, et nostre Civitatis, si mihi ab eo requisitum fuerit.*

(3) Zacc: *Et si quis de communi, vel pro communi* etc.

(4) Zacc.: *et redditum fuerit in manibus persone illius, que hoc Sacramentum in arringo palam fecerit* etc.

(5) Zacc.: *dabo, vel dari faciam preter ad Portum, finem conventione, ac sine . . . . . eo non recipiam* etc.

(6) Zacc.: *nec tolli conficiam.*

(7) Zacc: *et solitum, et sic tutum*

sine fraude; et nullum commandamentum nomine sacramenti alicui civi Pist. faciam, nisi pro communi honore et utilitate nostre civitatis.

105.

(*Murat.* 107. — *Zacc.* II. LXXXVI. — *Cod.* c. 5 v.°)

Quamcumque menam pro negotio civitatis Pist. habuero, vel de qua credentiam fecero, totam Consiliariis per seriem communiter omnibus vel maiori parti manifestabo infra triduum, et veritatem inde (1) dicam, et mendacium tacebo.

106.

(*Murat.* 108. — *Zacc.* II. LXXXVII. — *Cod.* c. 5 v.°)

Et quicquid Consiliariis (2) nostre civitatis Pist. de aliqua re per sacramentum teneri precepero, tenebo eo modo, quo eis (3) tenere precepero.

107.

(*Murat.* 109. — *Zacc.* II. LXXXVIII. — *Cod.* c. 5 v.°)

Et tenebo Populum Pist. in pace intus et foris, si potero, ad honorem et utilitatem civitatis Pistorie.

---

(1) Zacc.: . . . . . *pro negotio civitatis Pist. habuero vel de qua credentiam fecero totam Consiliariis seriem communiter, vel . . . . . maiori parti manifestabo infra triduum, et universitatem inde . . . . .*

(2) Zacc.: *Item quod a Consiliariis.*

(3) Zacc.: *tenebo modo ab eis . . . . .*

108.

(*Murat.* 110. — *Zacc.* II. LXXXIX. — *Cod.* c. 5 v.°)

Et quodcumque *blasmum* (1) super meo sacramento misero, firmum et ratum habebo.

109.

(*Murat.* 111. — *Zacc.* II. XC. — *Cod.* c. 5 v.°)

Nullum aquarium (2) super vias publicas in civitate Pistoria nec in suis burgis haberi permittam, me sciente.

110.

(*Murat.* 112. — *Zacc.* II. XCI. — *Cod.* c. 5 v.°)

Adiuvabo et non contrariabo Consules (3) civitatis Pist., qui modo sunt, in toto tempore eorum Consulatus (4) de communi bono et honore et utilitate civitatis Pist.; et fortiam et adiutorium eis prestabo usque ad finem eorum Consulatus (5).

(1) Zacc.: *Et quodcumque tam num super* etc. — Murat.: *et quodcumque bannum super* etc. — Il Codice non lascia veramente leggere *blasmum*, ma piuttosto *biamum* o *blamum*; non permette poi affatto che si legga *tam num*. Ma vedi il capitolo 162.

(2) Zacc.: *Fluvios aquarium.*

(3) Nel Codice, sopra la riga, sta scritta appena visibile la parola *Potestatem*.

(4) Nel Codice, sopra la riga, d' altro carattere: *sui dominii.*

(5) Nel Codice, sopra la riga: *sui dominii.*

111.

(*Murat.* 113. — *Zacc.* II. XCII. — *Cod.* c. 5 v.°)

Thesaurum ecclesie s. Zenonis et s. Iacobi curam et studium habebo reinveniendi et conservandi, et custodiam ad hoc imponam, ut non perdatur.

112.

(*Murat.* 114. — *Zacc.* II. XCIII. — *Cod.* c. 6.)

Muros et foveas novas et veteres civitatis Pistorii intra meum terminum non destruam nec dissipari permittam; et si quis dissipaverit et cognitum mihi fuerit, ei reconciare (1) faciam, et penam dupli ei tollam, et non reddam nec reddi faciam.

113.

(*Murat.* 115. — *Zacc.* II. XCIV. — *Cod.* c. 6.)

Quicquid de Prato de Plunte (2) deminutum fuerit ab aliquo a XXX. annis retro (3), in pristinum statum faciam restitui (excipio novam foveam civitatis nostre) secundum quod per sacramentum idoneorum hominum potero invenire, et in toto meo dominio non diminui nec deteiorari (4) permittam, me sciente.

---

(1) Zacc.: *reconciari*.

(2) Zacc.: *de Prato, de plante*. — Murat.. *de Prato de Plunta*.

(3) Zacc : *ab aliquo* XXX. *annis retro*. — Murat.: *ab aliquo a* XXX. (*excipio* etc.)

(4) Così il Codice. Zacc.: *deteriorari*. Anche le parole ebbero il loro deterioramento, e vi furono ragioni di ciò. Non serve alla storia di una lingua chi, facendo sparire l' uno, non lascia cercare le altre. Fu usato anche *deteriare*.

114.

(*Murat.* 116. — *Zacc.* II. xcv. — *Cod.* c. 6.)

Si quis predictorum Iudicum aut Officialium civitatis Pistorie de aliquo negotio ad suum officium (1) pertinente mihi consilium petierit, bona fide et sine fraude ei dabo, et postea (2) malitiose non tollam.

115.

(*Murat.* 117. — *Zacc.* II. xcvi. — *Cod.* c. 6.)

Item si cognovero aliquem Officialium (3) civitatis Pistorii in manifesta fraude super officio sibi commisso, de officio illum (4) expellam; et in meo dominio eum (5) in officio non recipiam.

116.

(*Murat.* 117. — *Zacc.* II. xcvi. — *Cod.* c. 6.)

(6) Toto tempore mei dominii non accipiam feudum, nec aliquam conventionem faciam (7) de aliquo

---

(1) Zacc.: *ad officium suum.* — Murat.: *ad suum officium.*

(2) Il Muratori e lo Zaccaria: *et poenas malitiose non tollam*; iezione che non risulta certamente dalle lettere dei Codice, sebbene offra senso più chiaro.

(3) Zacc.: *Officialem.* — Murat.: *Officialium.*

(4) Zacc.: *eum* — Murat.: *illum.*

(5) Zacc.: *illum* — Murat.: *eum.*

(6) Zacc.: *et in toto tempore*, proseguendo il cap. XCVi. ed aggiungendo di suo l'*et in* — Nel cap. 128, in principio: *Et toto tempore mei dominii* etc.

(7) Zacc: *factam.*

feudo recipiendo ab aliquo Comite nec ab aliqua persona.

117.

(*Murat.* 118. — *Zacc.* II. XCVII. — *Cod.* c. 6.)

Si cognovero aliquem civem alterum concivem studiose interfecisse, nisi pro se defendendo fecerit, si habuerit turrim vel partem turris, meliorem casam ei faciam destrui (1), et de civitate illum expellam, et per quinquennium in civitate Pistoria eum habitare non permittam nec in suis burgis nec infra tria milliaria prope civitatem, me sciente, nisi pacificatus fuerit cum eo, cum quo litem habuerit (2). Interfectori etiam, non habenti pacem, si habuerit valens librarum L., solidos C. (3) ei tollam, nec reddam nec reddi faciam; et de C. libris solidos C., et de CC. libris solidos CC., et de CCC. libris solidos CCC., et de CCCC. libris (4) solidos CCCC., *et de CCCCC. libris* (5) *solidos CCCCC.* ei tollam, nec reddam nec reddi faciam; et si habuerit valens X. librarum, et usque ad XL. libras, ei IIII. libras tollam, et non reddam nec reddi faciam. Et si ab homicidis predictam penam habere nequivero, de suis bonis eum peiorabo in duplum, si potero; et de supra-

(1) Zacc.: *destruere, et illum de civitate expellam.*

(2) Dopo averlo ucciso? Forse è da intendere il suo parentado. Zaccaria: *cum eo, cum quo litem habuerit . . . . . , si habuerit valens librarum* L., *solidos* L. *ei tollam* etc. Nel Codice vedonsi cancellate le parole non *habenti pacem.*

(3) Zacc.: *solidos* L. *ei tollam.* Nel Codice il *C. (centum)* potè essere errore del copista.

(4) Zacc.: *et de CCCC., solidos CCCC.*

(5) Pare che in quei tempi questa fosse la ricchezza maggiore dei cittadini di Pistoia.

dictis capitulis interfectorum non reddam nec reddi faciam aliquid, nec restaurabo nec restaurari faciam: excipio illum, qui interfecit (1) interfectorem parentum aut filii aut fratris aut agnati vel cognati seu leviri sui, unde finis non sit facta, et illum, qui vindictam pro suo domino (2) fecerit.

118.

(*Murat.* 119. — *Zacc.* II. xcviii. — *Cod.* c. 6.)

Si quis finem vel pacem de homicidio graviter feriendo ruperit, taliter eum puniam ut (3) de homicidio (4).

119.

(*Murat.* 120. — *Zacc.* II. xcix. — *Cod.* c. 6.)

In toto meo dominio non dabo aliquod officium furi (5) nec dari permittam, et nec quod toto tempore vite sue sit Consul vel Consiliarius civitatis Pist. (6), aut quod fratres (7) furis vel eius nepotes sint in aliquo officio civitatis Pist.; et sic faciam iurare meos proximos successores, Consules vel Potestatem, et ut

(1) Così il Codice. Zaccaria: *interfecerit.* L' un tempo passato non è bello, ma può stare per l' altro.

(2) Zacc.: *pro suo Dominio.* Bene il Murat: *pro suo Domino.*

(3) Zacc.: *sicut.* — Murat.: *ut.*

(4) Vedi la nota n. 2 della pagina seguente.

(5) Zacc.: *non dabo aliquod officium Iuri; furi* nel Codice e nel Muratori.

(6) Nel Codice, sopra la riga, aggiunto dopo: *et sic faciam iurare meos proximos successores, et sic in tempore vite eius.*

(7) Zacc.: *aut quod fratris furis*

illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic usque ad expletum terminum septem annorum (1); excipio personam Soldi. Item illum, qui Guidalottum Consulem interfecit (2), non permittam eum habitare in civitate Pistoria nec in toto districtu de Pistorio, me sciente; et hoc faciam iurare meos proximos successores, Consules vel Potestatem, et quod ipsi facient (3) iurare suos, et illi suos, et sic usque ad extremum vite illius.

120.

(*Murat.* 121. — *Zacc.* II. c. — *Cod.* c. 6 v.°)

Item, si quis civis deiectus fuerit de suo tenere (4) inter Pist. districtum, et mihi inde fuerit reclamatum (5), citius quam potero expulsum in tenere suo et podere faciam restitui, preter inquilinum et partiarium colonum (6).

121.

(*Murat.* 122. — *Zacc.* II. ci. — *Cod.* c. 6 v.°)

Si quis seditionem in nostra civitate studiose cum fraude ad detrimentum civitatis Pist. fecerit, eum non eligam in meo dominio in aliquo officio.

---

(1) Zacc.: *et sic usque ad expletum terminum septem annorum excipio personam soldi.*

(2) Zacc.: *interfecerit.* — Murat.: *interfecit.*

Forse tutte le parole da *excipio* sino alla fine di questo capitolo erano riattaccate al precedente o ad altro.

(3) Zacc.: *faciant.* — Murat.: *facient.*

(4) Zacc.: *Item si quis Civis de cetero fuerit de suo tenere.*

(5) Zacc.: *et mihi non fuerit reclamatum.* Come supporre che si perdesse il proprio diritto reclamando?

(6) Zacc.: *preter inquilinum ob partiarium colonum.* — Murat: *preter inquilinum et partiarium colonum*

122.

(*Murat.* 123. — *Zacc.* II. CII. — *Cod.* c. 6 v.°)

Distringam communem Camerarium rationem reddere singulis mensibus de pecunia civitatis Pist. et de omnibus pignoribus datis vel acceptis et assignatis pro causis finiendis et pro advocatione, ut veraciter quantitatem, pro qua obbligata fuerint (1), manifestet coram XII. Consiliariis, qui ad commune consilium fuerint; et si de ea pecunia in manifesta fraude eum invenero, publice de officio eum expellam, et feudum eum habere non permittam; et non dabo ei nec dari faciam ultra (2) feudum quattuor librarum (3), me sciente; et omnia pignora, que mihi data fuerint de Communi, vel alicui pro me, me sciente, ponam vel reponi faciam in apoteca campinilis (4) ecclesie s. Zenonis (5); et predicte ecclesie XL. solidos pro luminariis dabo vel dari faciam. Item infra quattuor dies proximos post Kal. Ian. eligam vel eligi faciam (6) duos ex Consiliariis, qui eligant duos alios Consiliarios, quos faciam iurare, ut faciant rationem cum Camarlingo sine

(1) Zacc.: *fuerit.*

(2) Il Codice lascerebbe leggere anche *ulterius*, dato pure dal Muratori. Nello Zaccaria: *ultra*

(3) Zacc.: *quatuor libras.* — Murat.: *quatuor librarum.*

(4) Altrove nello stesso Codice: *campanile.* Vedi cap. 141.

(5) Zacc.: *vel reponi faciam in apotheca Capituli, vel Ecclesie S. Zenonis.*

(6) Qui nel Codice è uno spazio bianco, che dovea comprendere almeno due parole, state omesse, forse perchè non intese, dal copista.

fraude de omnibus iam dictis expensis in communi consilio coram Consiliariis omnibus vel maiori parte et coram Consulibus; et qui iurent (1), ut si invenerint ipsum in manifesta fraude, quod in communi consilio ipsum de ipsa fraude patefaciant; et quod supra in hoc capitulo dictum est, tunc in anno faciam semel in quattuor mensibus in meo dominio.

123.

(*Murat.* 124. — *Zacc.* II. CIII. — *Cod.* c. 6 v.°)

Nobiles homines Pistorii districtus, qui videbuntur mihi (2) convenientes et idonei, faciam iurare habiturium civitatis Pistorii sine fraude; et ex quo habiturium civitatis Pist. iuraverint, eis faciam rationem et laudatos usus nostre civitatis observabo. Non reddam alicui forensium (3), qui iuraverint, parabolam, aut qui in antea iurabunt (4), habitare in civitate Pistoria.

124.

(*Murat.* 125. — *Zacc.* II. CIV. — *Cod.* c. 6 v.° e 7.)

Quodcumque debitum Consules Pist. civitatis in scriptis mihi reliquerint, non recusabo recipere, et dehinc ad proximas Kalendas Maias persolvam vel persolvi faciam. Item, recolligam vel recolligi faciam de-

(1) Zacc.: *et quod iurent* — Murat.: *et qui iurent.*
(2) Zacc.: *qui videntur mihi.* — Murat.: *qui videbuntur mihi.*
(3) Zacc: *forentium.* — Murat: *forensium.*
(4) Zacc.: *in anima iurabunt.*

hinc ad Kalendas Maias proximas totum illud avere, quod datum fuerit mihi in scriptis, et tollam vel tolli faciam, et dabo vel dari faciam illis hominibus, quibus mihi in concordia fuerit assignatum a Corso Iudice et Gerardino et Pipino et Rainaldo Consulibus (1).

125.

(*Murat.* 126. — *Zacc.* II. CV. — *Cod.* c. 7.)

Et intus prope rivas novas civitatis Pist. a fundamento muri iam cepti et incipiendi ex omni circuitu viam XII. pedum non permittam restringi nec deminui (2), me sciente, in toto meo dominio; et sic faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem vel Consules, et ut illi faciant iurare suos.

126.

(*Murat.* 127. — *Zacc.* II. CVI. — *Cod.* c. 7.)

Et faciam eligi in arringo dehinc ad proximas Kalendas Februarii a duobus bonis hominibus, quos iurare faciam eligere meliores et potiores, (3) quos cognove-

(1) Questa è la vecchia lezione del Codice. Fu cambiata poi, d' altro carattere, nella seguente, sopra le righe: *in concordia Consiliariorum fuerit assignatum a Bernardo Pist. olim Potestate pro mendo equorum vel armorum, vel pro stancia* — Inammissibile è la lezione dello Zaccaria: *vel dari faciam illis hominibus quibus mihi in concordia consiliariorum fuerit assignatum a Corso Iudice, et Gerardino, et Pipino, et Rainaldo Consulibus a Bernardo Pist Potestate*; lezione che mischia vecchio e nuovo.

(2) Zacc.: *diminui*. — Murat.: *deminui*.

(3) Sopra le righe, d' altro carattere, nel Codice: *et legaliores et sapientiores* Lo Zaccaria introduce queste parole nel testo.

rint, XIV. (1) Consiliarios ad utilitatem Pist. Populi, et non plures, preter Iudices et Advocatos, et illis, qui elegerint Consiliarios, nullum intellectum dabo nec dari faciam neque dari permittam de aliquo Consiliario eligendo; et in quo ipsi vel maior pars accordaverint (2) de communi honore et utilitate nostre civitatis, ego cum eis concordabor et faciam, nisi forte cum non omnes Consiliarii consilium remutaverint aut minor (3) pars, tunc enim faciam secundum quod (4) melius recognovero. Et de communi avere ultra XX. solidos non expendam nec expendi (5) faciam absque consilio predictorum Consiliariorum vel maioris partis; et cum foras ivero, et unus Consiliariorum mecum erit, possim concordari (6) cum eis de expensis. Et consilium petam a Consiliariis toto tempore mei dominii de rebus, que mihi videbuntur expectare ad communem honorem et utilitatem nostre civitatis; et faciam eos iurare dare mihi consilium quoties ab eis petiero prout melius recognoverint ad communem honorem et utilitatem civitatis Pistorie.

---

(1) Zacc.: *XXIV.*; riportando il numero, che è d'altro carattere e sta sopra la riga. — Murat.: *quatuordecim.*

(2) Zacc.: *vel maiori pars accordaverit.* — Murat.: *vel maior pars accordaverint.*

(3) Murat.: *maior.*

(4) Zacc.: *tunc secundum enim faciam, in quo inde melius recognovero.*

(5) Zacc.: *nec expendi faciam absque Consilio predictorum Consiliarorum, vel maioris partis, et . . . . . unus Consiliaroram mecum erit, possim concordare cum eis de expensis . . . . . petam a Consiliariis* etc.

(6) Zacc.: *concordare.*

127.

(*Murat.* 128. — *Zacc.* II. CVII. — *Cod.* c. 7.)

Item, si aliquis prelium in civitate Pistoria vel in eius burgis aut suburbiis inceperit, infra octo dies, ex quo sciero, tollam ei vel tolli faciam solidos C., et non reddam nec reddi faciam aliquo modo; et invenire studebo quemcumque (1) prelium inceperit. Set si non habuerit (2) unde solvat, peiorabo eum in tantum quod valeat solidos CC.; et si non habuerint unde solvat, et non potero eum peiorare, expellam eum de civitate, et a tribus milliariis prope civitatem eum habitare non permittam, in meo dominio, me sciente.

128.

(*Murat.* 129. — *Zacc.* II. CVIII. — *Cod.* c. 7.)

Et toto tempore mei dominii habebo Custodem vel Custodes, qui sint bone fame et boni cives Pist. et convenientes, qui custodiant turrim de Serravalle per dies et per noctes; et non mittam ibi aliquem Custodem, cuius possessio non valeat ultra CCC. libras.

129.

(*Murat.* 130. — *Zacc.* II. CIX. — *Cod.* c. 7 v.°)

Item, si aliquis Pistorii civis detulerit ad sturmum vel ad allevantiam (3) spedum vel lanceam aut burdo-

(1) Zacc. : *quicumque*.
(2) Zacc. : *et si non habuerit* etc.
(3) Murat. : *adallevantiam*.

nem vel malvasia arma (1) in civitate Pistoria vel in eius burgis, tollam ei vel tolli faciam XX. solidos, et non reddam nec reddi faciam; et si non potero (2) ei tollere, peiorabo eum in XL. solidis; et si non habuerit proinde solvat (3), expellam eum de civitate, et in meo dominio eum in civitate Pistoria, me sciente, habitare non permittam.

130.

(*Murat.* 131. — *Zacc.* ll. cx. — *Cod.* c. 7 v.°)

Et habebo duos Iudices, unum de lege, alterum de usu, et duos Advocatos pro causis ventilandis (4).

131.

(*Murat.* 131. — *Zacc.* ll. cx. — *Cod.* c. 7 v.°)

Si contigerit me aliquid contra predicta (5) vel infrascripta facere aut aliquid de illis capitulis per ignorantiam pretermittere, postquam inde recordatus fuero, illud infra VIII. dies proximos, si potero, recuperabo bona fide. Talis est intellectus, ut sim salvus de iis (6), que per ignorantiam pretermisi (7).

---

(1) Murat.: *Si aliquis Pistoriensis Civis detulerit . . . . . vel ad avellantiam, spedum, vel lanceam, vel pugionem vel malvasia arma* etc.

(2) Zacc.: *et si non potuero.*

(3) Zacc.: *unde solvat.*

(4) Nello Zaccaria continua il periodo ed il capitolo colle parole *si contigerit.*

(5) Zacc.: *circa predicta.*

(6) Nello Zaccaria, troppo ligio questa volta al Codice: *deh is*

(7) Forse: *pretermiserim.*

132.

(*Murat.* 132. — *Zacc.* II. CXI. — *Cod.* c. 7 v.°)

Et in toto tempore mei dominii habebo firmum et ratum et tenebo quicquid in his cartulis (1) continetur et in constituto consignato per manum Deutifici Notarii (2).

133.

(*Murat.* 133. — *Zacc.* II. CXII. — *Cod.* c. 7 v.°)

Hec omnia meos proximos successores, Consules vel Potestatem aut Rectores, similiter iurare faciam, et ut illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic in antea, nisi in quantum a me (3) et a maiori parte Consiliariorum fuerit immutatum; et secundum quod ab eis fuerit immutatum vel statutum, similiter iurare faciam.

134.

(*Murat.* 134. — *Zacc.* II. CXIII. — *Cod.* c. 7 v.°)

Nec teneor (4) sacramento fidelitatis vel compagnie alicui manifesto inimico Pistorii Populi, nisi tenear pro Communi (5) civitatis.

(1) Zacc.: *in his capitulis.*

(2) Zacc.: *per manum Deutificii* Gerardi *Notarii.* Nel Codice *Gerardi* è scritto sopra, d'altra mano. — Murat.: *Deutifici*, come il Codice.

(3) Zacc.: *et sic in antea . . . . . a me, et a maiori parte Consiliariorum fuerit immutatum, vel statutum similiter iurare faciam.*

(4) Zacc.: *Nec tenebor* etc.

(5) Zacc.: *pro commune.* — Murat.: *pro Communi.*

135.

(*Murat.* 135. — *Zacc.* II. cxiv. — *Cod.* c. 7 v.°)

Nec faciam compagniam (1) vel communionem vel seditionem studiose, nec tenebo cum aliquo nec cum aliquibus de Consiliariis aliquo ingenio.

136.

(*Murat.* 136. — *Zacc.* II. cxv. — *Cod.* c. 7 v.°)

Et ab his Kalendis Ianuarii (2) usque ad proximas Kalendas Martias Rectores artium civitatis Pist. iurare faciam, ut ipsi absolvant sibi, qui pro sua arte tenentur, ut de cetero nullatenus aliquem costringant (3), ut ipsi non possint vendere et emere res de sua arte sine pretio statuto et ordinato vel aliquatenus sibi imposito (4), et quod non possint adiuvare laborare (5).

137.

(*Murat.* 136. — *Zacc.* II. cxv. — *Cod.* c. 7 v.°)

Citius quam potero, acquirere faciam nomine proprietatis vel nomine permutationis ecclesie s. Zenonis

(1) Zacc.: *companiam*. — Murat.: *Compagniam*.

(2) Zacc.: *Et . . . . . eo dehinc Kalen. Ianuarii* etc.

(3) Zacc.: *ut de cetero nulla causa communi constringantur* etc.

(4) Vedi i capitoli XXIII. e XXIV.

(5) Dopo *laborare* nella edizione dello Zaccaria comparisce un numero CXVIII. e con *citius* continua il periodo. Nel Codice non è traccia di ciò, e si va a capo.

totam terram, que est infra foveas novas castelli de Serravalle, infra meum terminum (1); et hoc (2), si potero.

138.

(*Murat.* 137. — *Zacc.* II. CXVI. — *Cod.* c. 7 v.° e c. 14.)

Item, faciam quod proxime mea succedens Potestas aut Consules iurabunt, quod ipsi facient (3) custodire turrim de Bargi ad communem honorem et utilitatem civitatis Pist. et beati Zenonis, et quod ipsi non ponant aliquam custodiam in turri de Bargi nisi pro Communi Pist.; et quod ipsi facient iurare suos proximos successores, Consules vel Potestatem, et illi suos, et sic in antea usque in perpetuum; et si contigerit quod velint predictam custodiam alii dare, non possint alii dare nisi Ciottolo et suis heredibus, et illis minime (4) nisi pro Communi Pistorii.

139.

(*Murat.* 138. — *Zacc.* II. CXVII. — *Cod.* c. 14.)

Ego non tollam nec tolli faciam Ciottolo de Bargi suas rationes de Bargi, imo iuvabo eum tenere suas rationes de Bargi; et hoc idem faciam Rainaldo et Vetho et Ramaldino et suo fratri et nepotibus; et si rapte vel tolte eis fuerint, iuvabo (5) recuperare et re-

(1) Zacc.: *territorium.*
(2) Zacc.: *et hec.* — Murat.: *et hoc.*
(3) Zacc.: *faciant.* — Murat.: *facient.*
(4) Zacc.: *et suis heredibus . . . . . , nisi* etc.
(5) Zacc.: *iurabo.* — Murat.: *iurabo.*

cuperata retinere, per bonam fidem, sine fraude, donec observaverint nobis.

140.

(*Murat.* 139. — *Zacc.* II. CXVIII. — *Cod.* c. 14.)

Si autem Ciottolus fuerit damnificatus ultra C. solidos in curte de Bargi pro hac guerra, quousque hec guerra duraverit, aut in vasto messium maturarum (1) aut in arsura casarum aut in preda animalium, emendabo exinde sibi vel emendari faciam libras XX.; et si fuerit damnificatus ultra libras XX., nichil sibi restaurabo nec restaurari faciam ultra XX. libras; et hoc idem faciam ei, si fuerit damnificatus minus C. solidis, quod non tenear ei aliquid emendare. Si autem fuerit damnificatus in armis vel equis, hoc idem faciam ei, quod aliis Lambardis Stagnensibus (2).

141.

(*Murat.* 140. — *Zacc.* II. CXIX. — *Cod.* c. 14.)

Item faciam dehinc ad proximas Kalendas Iunii tres (3) pontes murari in turri in castro de Bargi super iis quos Consules fieri fecerunt ad mensuram pontis campanilis ecclesie s. Zenonis, quam (4) collegerunt magistri, cum bona calcina, sine fraude; et faciam

---

(1) Zacc.: *aut in vasto messium, in vineis, aut in arsura* etc.

(2) Zacc.: *Lambardis stagmensibus.* — Murat.: *Lambardis Stagiensibus.*

(3) Il *tres* nel Codice è d'inchiostro più vivo.

(4) Così nel Codice e nelle edizioni del Muratori e dello Zaccaria.

meam proximam succedentem Potestatem iurare murare super iis in eadem turri tres alios pontes, et ut illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic in antea semper, donec predicta turris fuerit murata super terra XL. brachia (1).

142.

(*Murat.* 141. — *Zacc.* II. cxx. — *Cod.* c. 14.)

Et si qua persona de civitate Pistoria, burgis aut suburbiis aliquam aliam personam, que habeat litem homicidii vel aliquam aliam litem, infra guerram in personam (2) graviter offenderit vel offendi fecerit, postquam pro guerra Civitatis de domo sua exierit usque dum ad propriam domum remeaverit, aut in eundo aut in redeundo vel stando, tollam ei L. libras, et non reddam nec reddi faciam, nec sibi nec alicui pro eo, nec restaurari faciam aliquo modo; et si non habuerit unde tollam, peiorabo eum in tantumdem infra unum mensem proximum; et si non habuerit tantum, peiorabo eum in quantum habuerit, et exinde usque ad XX. annos proximos non permittam eum habitare in civitate Pistoria nec in burgis (3) nec in suo districtu, ad meum posse; et ita faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem vel Consules, et ut illi suos faciant iurare, et sic usque ad expletos XX. annos. Iterum, si quis de civitate Pistoria, burgis vel suburgiis (4)

(1) Zacc.: *super tria, et XL. brachia.*
(2) Zacc.: *in persona* — Murat.: *in personam.*
(3) Zacc.: *in civitate Pistoria, nec burgis.*
(4) Zacc.: *vel suburbiis*; che s' avvicina meno al nostro vocabolo *sobborghi.*

de cetero corporaliter ad sancta Dei evangelia iuraverit se non facere finem nec pacem de aliqua offensa sibi facta ab aliqua persona de civitate Pistoria, burgis vel suburbiis, ex quo sciero usque ad unum proximum mensem (1) XX. libras ei tollam, et non reddam nec reddi faciam aliquo modo; et si non habuerit unde tollam, peiorabo (2) eum in tantumdem; et si non habuerit tantum, peiorabo eum in quantum habuerit; et eum, me sciente, non permittam habitare in civitate Pistoria nec in suis burgis aut suburbiis; et ita faciam iurare meos proximos successores vel Potestatem, et ut illi faciant iurare suos, et sic semper usque ad quinque annos expletos.

143.

(*Murat.* 142. — *Zacc.* II. CXXI. — *Cod.* c. 14 v.°)

Nullum permittam ducatum prestare alicui foretano, nisi illis, quibus Consules vel Potestas imposuerint pro Communi, a civitate Pistoria ad castrum Sambucam et ad plebem de Seiano et usque ad plebem de Lamporechio et usque ad flumen Nebuli et usque Montemurlum et usque ad ecclesiam s. Martini de Campo.

144.

(*Murat.* 143. — *Zacc.* II. CXXII. — *Cod.* c. 14 v.°)

Item, ego deinceps non emendabo nec emendari faciam de equis, qui de cetero morientur, ultra XX.

---

(1) Nel Codice: *usque ad annum unum proximum mensem.* La parola *annum* fu sottosegnata come da togliersi.

(2) Zacc.: *et si non habuerit tantum, periorabo* etc — Murat.: *et si non habuerit, unde tollam, peiorabo* etc.

libras pro equo, quorum VIII. fieri debent de datio foretano. Et ego in meo dominio eligam duos Arbitros (*quos iurare faciam ante festum sancti Andree* (1)), qui arbitrentur de omnibus equis civium Pist., burgorum et suburbiorum et illorum qui per Potestatem Pist. constringuntur, et de equis tam macagnatis, de quibus milites in bello non possint se iuvare, et de omnibus armis perditis (2) in meo dominio; et sicut ipsi arbitri fuerint arbitrati, de equis mortuis et de tam macagnatis, ut supra dicitur, tenear emendare vel facere emendari (3) in meo dominio, ita quod non emendem ultra XX. libras de equo; de omnibus armis perditis (4) ita faciam emendari vel emendabo in meo dominio sicut ipsi fuerint arbitrati. Set talis est intellectus, quod non tenear emendare equos et arma illis hominibus, qui fecerint contra sacramenta et constituta Potestatis; *et faciam eos iurare arbitrari* (5) *per bonam fidem sine fraude.*

145.

(*Murat.* 144. — *Zacc.* II. CXXIII. — *Cod.* c. 14 v.°)

Securitatem, quam Tedicius, Infrangilasta, Turkius et Nazarius et Guittoncinus (6) fecerunt cum Gui-

---

(1) Zacc.: *ante Festum Andree.* — Murat.: *ante festum Sancti Andreae.* — Zacc.: *arbitrarentur.* — Murat.: *arbitrentur.*

(2) Zacc.: *et de omnibus armis predictis.* — Murat.: *et de omnibus armis perditis.*

(3) Zacc.: *emendare.*

(4) Zacc.: *de omnibus armis predictis.* — Murat.: *de omnibus armis perditis.*

(5) Zacc.: *et faciam eos iurare Arbitris bonam fidem sine fraude.*

(6) Zacc.: *Giottoncinus.* — Murat.: *Guittoncinus.*

done Burgundione, firmam et ratam tenebo et observabo; et sic faciam iuraremeos proximos succes sores, Consules vel Potestatem, et ut illi faciant iurare suos, et sic usque ad terminum constitutum expletum, donec nobis observaverit (1).

146.

(*Murat.* 145. — *Zacc.* II. cxxiv. — *Cod.* c. 14 v.°)

Securitatem et pacem Monticatinensium (2) firmam et ratam in meo dominio habebo et observabo sicut scripta est per omnia; et sic faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem vel Consules, et ut illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic in antea usquo ad expletum constitutum terminum.

147.

(*Murat.* 146. — *Zacc.* II. cxxv. — *Cod.* c. 14 v.°)

Securitatem, quam Arrendibilis, Parmisianus, Gubianus, Traiectus et Preite (3), Consules, fecerunt cum Ciottolo de Bargi, firmam et ratam habebo et observabo in meo dominio sicut scripta est per omnia; et sic faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem vel Consules, et ut illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic in antea, donec Ciottolus et eius filii et homines de Bargi nobis observaverint, sicut iuraverunt, per omnia.

---

(1) Zacc.: *observaverint.*

(2) Zacc.: *Montecatinensium.* — Murat.: *Monticatinensium.*

(3) Zacc.: *Securitatem quam Arrendibilis Parmisianus Gubianus, Traiectus, et Breite* etc. — Murat.: *Securitatem, quam Arrendibilis Parmisianus, Gubianus, Traieetus, et Preiete* etc.



148.

(*Murat.* 147. — *Zacc.* II. CXXVI. — *Cod.* c. 16.)

Quicumque nostre civitatis iuraverit deinceps se non esse Advocatum nostre curie pro civitate vel Castaldum seu Camarlingum vel Consulem, in meo dominio non permittam placitari in nostra curia, et libras IIII. ei tollam, nec reddam nec reddi faciam; et si non potero habere Advocatos legis, eligam et mittam duos Advocatos ex usu vel de usu.

149.

(*Murat.* 148. — *Zacc.* II. CXXVII. — *Cod.* c. 15.)

Item duo Castaldi palam in arringo eligantur, quorum unus quilibet habeat feudum IIII. librarum et non plus, preter res usitatas, que dantur in Pascis, sine fraude; qui omnes iurent in communi Consilio secundum quod Consiliarii omnes vel maior pars consilium dederint de officio Castaldonatus; et insuper habebo unum Camarlingum, qui faciat expensas de foris pro Communi.

150.

(*Murat.* 149. — *Zacc.* II. CXXVIII. — *Cod.* c. 15.)

Item faciam iurare Castaldos, *quod non mittant nec mitti faciant Camparios* (1), *neque Potestas mit-*

(1) Lo Zaccaria, in luogo di *Camparios*, legge *operarios*.

tat, et ut non habeant nisi duos Nuntios, et ut faciant iurare mugnarios omnes et suos familiares a XIIII. anno in antea, quod non tollent fraudulenter (1) nec fraudabunt blavam (2) aliquo ingenio nec farinam, quam ceperint pro macinare; et si invenerint aliquem ex mugnariis vel ex suis familiaribus (3) de farina vel blava (4), quam acceperint vel accipi fecerint, puniam eos ut de furto.

151.

(*Murat.* 150. — *Zacc.* II. CXXIX. — *Cod.* c. 15.)

Item, si quis civis Pist. fuerit mihi accusatus, quod aliquam menam (5) teneat cum aliqua civitate vel castro aut Comite vel Capitaneo pro Communi Pist. absque licentia mea, C. solidos ei tollam, nec reddam nec reddi faciam; et si non potero sibi tollere, peiorabo eum in tantumdem, nec restaurabo nec restaurari faciam; et iurare ipsum cogam, ut non teneat in meo dominio aliquam menam.

152.

(*Murat.* 151. — *Zacc.* II. CXXX. — *Cod.* c. 15.)

Item non incipiam guerram pro Communi vel per Commune, nec incipi faciam nec permittam incipi,

---

(1) Zacc.: *fraudolenter.* — Murat.: *fraudulenter.*

(2) Zacc.: *flavam.* — Murat.: *blavam.*

(3) Zacc.: *vel de suis familiaribus.* — Sottintendi *tulisse.*

(4) Zacc.: *vel flava.* — Murat.: *vel blava.*

(5) Nel Codice, sopra la riga: *invenero et ex quo sciero* (che originariamente sarà stato: *ex quo invenero, vel ex quo sciero*). Voleva forse sostituirsi al *fuerit mihi accusatus.*

unde cives emanat arma vel equos, nisi communicato consilio centum civium Pist., omnium vel maioris partis, habito sub sacramento, electorum in contione a quattuor hominibus bone fame (1), XXV. per quamlibet portam, qui teneantur eligere meliores, quos cognoverint, ad utilitatem civitatis Pistorie et cum communi consilio omnium Consiliatorum civitatis Pist. vel maioris partis.

153.

(*Murat.* 152. — *Zacc.* II. CXXXI. — *Cod.* c. 15.)

Item, si contigerit me facere pacem, faciam communicato consilio omnium Consiliariorum vel maioris partis et predictorum centum hominum vel aliorum centum hominum electorum in communi consilio omnium vel maioris partis et Rectorum cappellarum et Rectorum Artium civitatis Pist. (2); set possim facere vindictam de illis hominibus nostri districtus, qui non fuerint ad commandamentum civitatis Pistorie, sine consilio predictorum.

154.

(*Murat.* 153. — *Zacc.* II. CXXXII. — *Cod.* c. 15 e 15 v.°)

Item non tollam nec tolli faciam nec imponam nec imponi faciam asbergum vel panthieram nec aliquid

(1) Zacc.: *a quatuor hominibus bone fame . . . . . XXV., per quamlibet portam.* Non ha il Codice altre parole o lacuna tra *fame* e *XXV.*

(2) Le parole *et Rectorum Artium civitatis Pist.* sono in corsivo nello Zaccaria; ma nel Codice nè si veggono sopraposte a più antiche, nè appariscono d' altro carattere; sono però con altro inchiostro cancellate.

loco eorum, ad dandum militibus, alicui persone de civitate Pist. vel burgis, qui non videatur mihi ut bene possit dare; et si mihi videbitur quod bene possit dare, imponam et tollam ei, et non pretermittam (1) nec pretio nec precibus nec amore, si necessarium fuerit Civitati; et non tollam nec tolli faciam nec imponam nec imponi faciam asbergum vel (2) panthieram nec aliquid loco eorum, ad dandum militibus, alicui civi Pist., qui videatur valens homo in armis. Item non dabo nec dari faciam asbergum vel (3) panthieram nec roncionem nec aliquid loco eorum alicui civi Pist. habenti valens ultra CCCCC. libras, exceptis casis et casolinis et turribus et apothecis, de quibus non accipiatur pensio ultra XL. solidos, nisi sit Gonfalonerius vel Rector militum, nisi habenti valens ultra CCCCC. libras; set (4) quingentas solummodo, possim (5) dare pro Communi asbergum vel ronthinum, set non utrumque simul (6); habenti valens a CCCCC. libris infra possim dare pro Communi asbergum et ronthinum simul. (7) Item non ero in consilio nec in facto nec in assensu, quod sint Consules in civitate Pistoria, nisi sit unus plus de popularibus quam de maioribus; et sic faciam iurare eos, qui elegerint Consules (8). Quod to-

---

(1) Zacc.: *imponam, et tollam ei, nec permittam.* — Murat: *imponam, et tollam, et non permittam.*

(2) Zacc.: *nec panthieram.*

(3) Zacc.: *et Panthieram.*

(4) Sottintendi *habenti.*

(5) Zacc.: *possit.*

(6) Zacc.: *et non utrumque similiter.*

(7) Zacc.: *similiter.*

(8) Questo periodo parrebbe fuori di luogo; ma vedi più avanti nel testo.

tum supradictum est de pace et guerra, ronthinis et asbergis, quibus debeat dari et quibus non, et de Consulibus in consulatu eligendis, semper unus plus de popularibus quam de maioribus, observabo et faciam in meo dominio absque deformatione; et sic absque ulla immutatione et deformatione faciam iurare meos proximos successores, Consules vel Potestatem, et ut illi faciant iurarē suos, et illi suos, et sic semper per sucsionem Consulatus usque ad XVI. annos expletos; et hoc totum faciam iurare meos Consiliarios.

155.

(*Murat.* 154. — *Zacc.* II. CXXXIII. — *Cod.* c. 15 v.°)

Item non ero in mea propria (1) causa, nec ventilabo aliquam propriam meam causam tempore mei dominii, nisi ut lex dictat, nisi forte expulsus essem de tenere meo, vel nisi (2) ego aliquem expellerem de tenere, vel nisi de pactis factis et conventionibus mihi vel a me.

156.

(*Murat.* 155. — *Zacc.* II. CXXXIV. — *Cod.* c. 15 v.°)

Medietatem vero guide, que remansit apud Commune non vendam nec pignorabo nec aliquo modo alienabo nec ex toto nec ex parte in meo dominio. Hoc idem faciam de molendino de Serravalle et afficto et

(1) Zacc.: *proxima.* — Murat.: *propria*
(2) Zacc.: *et nisi.*

pensionibus; quod afflctum et pensiones, sicut a principio fuit impositum, dehinc ad proximum mensem Octubris recolligam vel faciam recolligere, et dabo in custodia turris de Serravalle, si totum fuerit ibi necessarium. Et faciam stare serratum de foris ostium predicte turris die noctuque continue, nisi forte quando custodes intraverint vel exierint; et claves predicti ostii iam dicte turris Pistorie (1) faciam apud communem Camerarium teneri et bene custodiri semper, nisi quando custodes exierint vel intraverint. Et faciam in predicta turri per totum annum tot victualia haberi et teneri, que ad minus per totum unum mensem sufficiant ambabus custodiis; et custodes predicte turris eligam bonos et bone fame cives.

157.

(*Murat.* 156. — *Zacc.* II. cxxxv. — *Cod.* c. 15 v.° e 16.)

Item non faciam finem nec pacem nec treuguam (2) cum Calamaccensibus, nisi eam prius evicerimus (3), vel nisi se in nostras manus remitterent absque aliqua conditione et intellectu, qui unquam (4) possit excogitari; et si dehinc ad proximum festum Innocentum ad commandamentum Corsi, Gerardi, *(Bernardi et Adi-*

(1) Nel Codice il *turris* si vede scancellato con inchiostro più recente. Forse v' ha omissione di parole, che doveano accennare a qualche fortilizio di Pistoia.

(2) Zacc.: *treguam*.

(3) Zacc.: *cum Calamecensibus, nisi ea prius reddantur.* — *Eam* o è errore del copista, od è oggetto logico; manca il grammaticale *terram*; o leggi *eos*.

(4) Zacc.: *quod nunquam*.

mari) Pipini, et Rainaldi, Consulum Pist. non fuerint (1), Calameccam, postea quocumque modo ad me devenerit, destruam vel faciam destrui, et in illo podio, in quo nunc est Calamecca, nec ipsam nec homines de Calamecca ulterius esse permittam; et ita faciam iurare meam proxime succedentem Potestatem vel Consules, et ut illi faciant iurare suos, et illi suos, et sic per successionem Consulatus usque in perpetuum, *nisi remanserit communi consilio omnium Consiliariorum vel maioris partis.*

158.

(*Murat.* 157. — *Zacc.* II. CXXXVI. — *Cod.* c. 16.)

Item, si tulero datium, ego non tollam nec imponam (2) nec imponi nec tolli faciam datium ultra tres solidos per focum, paupere cum divite coequato, nisi communicato consilio C. hominum civitatis Pist., omnium vel maioris partis.

159.

(*Murat.* 158. — *Zacc.* II. CXXXVII. — *Cod.* c. 16.)

